


1
6
58














TRIPARTITVM

epithoma Doctrinale ⁊ cõpendiosũ in totiꝰ Dyalectices artis prĩcipia a Guillelmo Mãderstõ Scoto collectũ et secũdo reuisum cũ multis additionibus necnon questione de futuro contingenti insignitum.

¶Tripartitum epithoma.

¶Principia communissima dyalectices.

Tractatulus terminorum. Parua logicalia.

¶Questio de futuro contingenti.



¶In edibus Petri Gaudoul sub intersignio scuti Britannie commorantis.



¶ Guillelm⁹ Monderston medices professor per q̄
Reuerendo i Christo patri ꝛ domino: domino Andree formā: sancti an=
dree archipresuli: ꝛ Scotie Primati Necnō sacrosancte sedis apostoli
ce a latere ꝑ totam Scotiā Legato suoq; mecenati.   S. P. D.



Ogitāti mihi iam diu presul obseruantissi
me quonam ego munere tuam sancti andree vniuersita
tem ac thecam bibliariam (quaz proculdubio longe plu
ris q̄ auratos lidi cresi thesauros extimas ꝛ facis Cō
donarem atq; ornarem. Unius tandem codicelli mihi
venit in mentem quem in primo nostre dyalectices exor
dio: in florentissima parisiorum academia: discipulis ra=
ptim dictameram. Quem nuper frequenti nimio discipulorum impulsu
crebioriq; bibliographorū rogatu in lucē obluctās: scdo edere nr̄is cuz
additiōib⁹ ꝛ q̄stione de futuro cōtingenti coact⁹ sū Porro vbi iā totos
tres ānos in farrugine puluetulētoq; situ, de litteratu: tū ꝙ moderno zū
hac tēpestate nō paucis his in rebus molliant: tum q2 idipsum ab alio
multo malim agitatumq; iri Nūc igitur peruenuste presul quantulūcū
q; tibi secundo ꝯsecramus ꝛ dedimus. vt ꝛ nostri ī te amoris pign⁹ apō
te sciet ꝛ sub tāti ātistit; tutela secure delitescēs. ab oib⁹ sit efferatissimo
rum canū mordaculis latratibus immunis. Et vero non parū forsaz ad
mirabere: ꝙ consanguineus ꝛ diocesanus tuus: haud quāq; summā p̄cel
lentis tue dignitatis altitudinē, veritas: tā exiguo munusculo te ipse aut
temerarie: aut irreuerēter aggredi ausus sit Atq; ego reuera dimiror.
Uerū enumero tua in oēs ꝓhumana benignitas que veluti gallina pul
los suos ita ꝛ ipsa cunctos literarū ꝓfessores fouere ac educare ꝯsueuit
timidiusculū ac ꝓpe nutantē animum audefecit Presertim cum te ip=
sis diuine philosophie rimaculis prorsus addictū semper ītelligerē. Et
te (pecastor) haud dubie cognoscerē: qui optime censeas nihil vsq; esse
id genus ꝯditionis viro dignius: q̄ inerti sopore fundit⁹ euulso: bonis
iugis artibus (vt soles) insudare: quib⁹ sepe quispiā diis simillimum ef=
ficere facile q̄at. Nec ignoras: p̄terea ꝙ philosophie parens stragirita
nus Aristoteles summū bonū asseueret: in assidua supernarum diuina=
rumq; rerū contēplatione constare Socratē itidem rigidissimuz stoici
rigoris imitatorē (vsq; adeo literarū amenitas oblectabat) summam in
studio felicitatē affirmare. Agedū igitur antistes celeberrime conare
ꝛ elabora vt tam inclyta virtutū seminare q̄ tibi natura opifice īdita sūt
vbertim semꝑ efflorescant. Et sicut Andreas ea ac Petri ꝑ legationez
frater effectus. Ita sancti Andree diocesim vniuersitatēq; tuere Meq;
q̄ ꝓ tenuisculis ingenioli mei viribus: tantillū tibi logicaliū īstitutionū
simbolū offerre nimis erubesco (quippe tue amplitudini lōge impar) so=
lito semꝑ amore ꝓsequere. Uale: ¶ Expandorea felicitate bea=
tior. Ex Lutecia Parisiorum Anno salutis humane sesquimillesimo ꝛ
vigesimo decimoquarto kalen. Decembres.

¶ Petri le gras Campicolei Senonis ad eundem sancti andree celeberrimum Archipresulem Carmen decasticon.

Aurea si tribuat (presul venerande) tuorum
Splendor: et excellis consociande viris.
Aurea si tribuat felicis pondera nummi.
Prestiterit paruo dona minora libro
Sit licet exilis non hoc incultior atqui
Grandia sub tenui codice verba latent.
Plurima stultiloqui: sapientes pauca loquuntur.
Pluriloquo reris crimen ab esse viro:
Quicquid precipias esto breuis: aptius esse
Flaccus ait vera pauca referre lira.
Quicquid ad ingenuas logice conduxerit artes
Exiguus facili dat liber iste via.
Ergo age nunc parum psul conscripte libellum
Excipe et auctorem pro pietate foue
Oblatum (repeto) non aspernare clientem:
Paruaque virtuti dona dicata tue.
Ah si te dubito munus contemnere fallor
Deterius longe si reprobare putem.
Non es qui facias logicalia munera parui
Cuncta fede vlogice palados alta facis

¶ Juuenibus artium facultati studentibus Exortatorium Carmen.

¶ Aspera torpentem pellant nasturcia sopnum
Dura veternosus deferat ossa vapor.
Ecce libellus adest cedrino fusus oliuo
Marcida quem nullo diluet hora situ
Aedipodionio tersos enigmate biblos
Sensaque fert modico nichomachea sinu.
Promit et infuso phebis syderis ortu.
O stirps ambages pasiphea tuas.
Non tam subtili cusos in cude libellos
zoileus tota malus arte dabit
Ergo tace liuor pallenti sparce cumino
Verba sacras ledum nil baniana deas.

¶ Arnaldi abbate virgolienſis preceptoꝛ in ſuum medicine artis pꝛofeſſoꝛem peritiſſimum tutando in 3oilum pꝛomptuarium Carmen.

¶ Liuida cerbereis deferſ qui frontibus apta
  Pectoꝛa: quid ſcotum rodere dente culpa.
Lucida ſolari pꝛiuares ſydera luce
  Crede pꝛius Scotum ꝙ maculare queas.
Neſcis Manderſton dictum ꝗ olympica mandat.
  Jungere quem diuis theologiſq; potes.
Candida ſed placidos ſuperant ceu lilia floꝛes
  Sic medicos vincit Scoticus iſte graues
Ergo tuos quiſquis moꝛſus compꝛime caninos
  Nam tibi non illi crede noſcere vales.



Et ſi iamdudũ hoc Opuſculum noſtrũ prelo dederimus rurſus damus haud nouitatis gratia. Uerum adijciendorũ cauſa eorum que noſtris inter legendum Philomuſis adijcienda(ꝓ maiori legentium vtilitate(mẽte occurrerunt tum bibliopolarum moti precibus tũ maxime ꝙ nonnulli auſi ſunt temerarie imprimere relinquentes opus varijs prorſus ſuffultuz erroribus. Propoſituz igitur nobis eſt Dialetico vacare ſtudio: quo diuina aſpirante gratia peruenire poſſumus ad exactam in quouis genere propoſitionum ſincere veritatis cognitionem ⁊ q̃m volumina in hac dyalectices arte edita latiſſima ſunt diſpendio ſum difficile ⁊ fere inutile ſenſui: incipiẽtes preſertim ⁊ in dyalectica primo genitos infantes in mare tam magnũ tam ſpatioſum mittere. Eapropter nõ aliam ob cauſam q̃ ob ſtudentium profectũ ex varijs doctiſſimoruz magiſtrorum meorum libris: hunc tractatum collegimus quẽ collectorum ſeu Epithoma doctrinale in Dyalectices Artez placuit nominare. Neq̃ tñ in hoc ſcolaſtico exercitio me tanq̃ magiſtrum prefero. Sed Doctrinalis ſocius itineris alijs currentibus ſimul et ipſe curro: Regulã beati Auguſtini p̃mo de Trinitate. cap. ij. obſeruatur⁹. vbi inquit de ſeipſo. Nõ me pigebit ſicubi heſito querere nec pudebit ſicubi ero diſcere Et licet magiſtri mei q̃ pluri mi ingenioſiſſime ĩ hac materia: ſcripſerint: ſic ꝙ mihi aliquid noui dicendi locus non reſtat: nihilominus doctrinaliori ſtilo ⁊ clariori: relictis nuſcis brauium ⁊ punctum rei attingendo ſtudere intendimus. Pugnabim⁹ ſiquidem in caſtris ꝓprijs: ſi forte ea ab impugnatoribus deffendere valeamus aliorũ nullatenus fortalicia potenter inuadendo. Sed doctrinaliori modo et ordine ſecluſa omni prolixa argumentatione hoc noſtrum Epithoma Doctrinale in tres ſecabimus partes in prima parte quedã ꝯmuniſſima principia explicabimus in ſecũda parte quoſdã terminorum logicalium ſpeciales diuiſiones ſubiũgem⁹ In poſtrema parte alias terminoruz proprietates que parua Logicalia vocari ſolent modo compendioſo et doctrinali colligimus.

¶ Et quia in vnaquaq̃ ſciẽtia exordium ſumit a diffinitionibus ⁊ a diuiſionibus Terminorũ, talis ſcientie Ideo primo dicem⁹ quid ſit diffinitio quid diuiſio deinde de argumẽtatione de ꝑtibus eius ꝓpinquis ĩ generali tractabimus. Diffinitio eſt oratio explicãs ſignificatum terminicum quo cõuertitur: exemplũ dicendo homo eſt animal rõnale: iſta oratio animal rationale dicitur diffinitio q̃ explicat ſignificatuz illi⁹ termini homo ⁊ cõuertitur cũ eo quia nihil aliud eſt homo q̃ animal rationale ⁊ econuerſo. Ex iſto patet ꝙ ad bonã diffinitionem due requiruntur cõditiones: prima conditio ꝙ diffinitio non conueniat alicui nec cõuenire poſſit mediãte aliqua copula quin diffinituz ei cõueniat ⁊ econtra intelligo ſemper ſm̃ ſignificationem: ſecundũ quã ſe habebunt ſicut diffinitio ⁊ diffinituz. Sub alijs verbis a quibuſdaz ponitur hec conditio ꝙ diffinitum ⁊ diffinitio ſint termini conuertibiles ⁊ in idez redijt defectu huius conditionis hec nõ eſt bona diffinitio de ly homo ſubſtãtia animata ſenſibilis diffinitum enim et diffinitio adinuicem non conuertuntur. Secũda conditio ꝙ diffinitio nõ contineat aliquid ſuperflui vel diminuti hoc eſt ꝙ nulla particula ſit in ea quin ob aliquã cauſam ponatur. quare hec nõ eſt bona diffinitio reſpectu

Conditiones

Prima

Secunda

de ly homo animal rationale viuens q̄m frustra poneret ly viuēs. Additio ¶ Et potest addi tertia conditio vз ꝙ diffinitio sit oratio imꝑfecta clarior q̄ȝ ipsum diffinitum hoc est ꝙ clarius explicet ipsa diffinitio quod per diffinitum importatur q̄ȝ ipsum et ex natura sua seu modo sic̄andi declaret defectu huius conditionis est oratio animal non homo non est bona diffinitio de ly brutum. Ex hac conditione correlarie sequitur ꝙ nulla diffinitio est propositio ideo non debet dici vera vel falsa: diffinitio sed bona potius vel mala.

Sed ꝑampliori huius diffinitionis intelligētia dubitaret forte quispiā q̄d sit oratio r̄ndetur prout nostro deseruit ꝓposito oratio est aggregatum ex pluribꝰ dictionibus habentibus debitam cōnexionem grammaticalem adinuicem. Unde dictiones habere debitam cōnexionem grāmaticalez est se habere vt determinatio ⁊ determinabile vel figuratiue aut vniri ad inuicez per aliquod coniungibile. exemplū primo hō albus/ hōis asinus/ non homo/ secūdi/ animal hō exemplum tertij. Logicus est disputans sortes vel plato.

Ulterius est aduertendum ꝙ duplex est oratio perfecta vз ⁊ imperfecta oratio perfecta dr̄ illa que cōponitur ex nōie nominatiui casus nō interrogatiuo ⁊ verbo finito vt deus est ens iꝑfecta opposito modo diffinit̄ exēplū/ aīal rōale petre fac ignē

Diffinituз est duplex quoddam est propinquū quoddā remotuз. Diffinitum ꝓpinquū est terminꝰ cuiꝰ significatū ꝑ diffinitionē explicat̄ cōuertibilis cū ipsa diffinitione. Diffinitum ꝟo remotū est res sic̄ata ꝑ diffinitum ꝓpinquū inq̄ȝtum hmōi exēpluз capta ista diffinitione aīal rōnale ly homo ⁊ q̄libз dictio sibi similis est diffinitū ꝓpinquū ⁊ queз res que est vel potest esse homo est diffinitum remotum illius diffinitionis.

Ex isto sequuntur correlaria. Primuз ꝙ iз respectu eiusdē diffinitionis nō sint plura diffinita ꝓpinqua nō cōuertibilia ⁊ similia: sunt tn̄ plura diffinita remota nō conuertibilia in ordine ad eandē diffinitionem. Scd̄o sequit̄ ꝙ nō valet hec ꝯn̄a hoc est diffinituз remotū huius diffinitionis ergo hoc est: quia demōstrādo antixp̄m vtrobiq̄ȝ an̄s est verum et cōsequens falsum. Sequitur tertio ꝙ eiusdem diffiniti sm̄ eandē significationē sunt plures diffinitiones non synonime licet sint conuertibiles vt de ly hō hoc totum animal rationale et etiam hoc totū aīal risibile. Sequit̄ quarto ꝙ omnis diffinitio est quid cōplexum formaliter vel equiualenter.

Circa predicta mouētur dubia: primo dubitat̄ an quilibet terminus scd̄m significationeз quam habet possit diffiniri. Ad hoc r̄ndetur ꝑ duas ꝓpōnes. Prima ꝓpō est hec nullū purū sincathegoreuma nec aliqua ꝓpositio inq̄ȝtū hmōi pōt diffiniri tāq̄ȝ diffinitū propīquū: q2 nullū tale p̄t ꝑ aliquo accipi in ꝓpositiōe. Scd̄a ꝓpō nō, q̄lз terminꝰ cathegoreumaticꝰ p̄t diffiniri q2 terminus trāscendēs pure obsolutus sicut ly ens/ ly vnū nō pōt diffiniri: dixi absolutꝰ q2 ly intelligibile ly possibile bene possunt diffiniri Additio. ¶ Et si q̄rat aliq̄s cām huius dico cām esse q2 per nullos alios terminos pōt res sic̄ata per trāscēdēs absolutum clarius manifestari q̄ȝ per ip̄m ⁊ ex tertia ꝯditione bone diffinitiōis diffinitio debet eē clarior diffinitio ideo illa nō possunt diffiniri aliter enim est in cognotatiuis: nā res significata ꝑ ly p̄le clarius explicatur per hoc complexuз res que potest esse q̄ȝ

per ipsummet transcēdēs. Sed q̄res an id quod est diffinitio possit diffiniri per aliā diffinitionē dico ꝙ sic exēplum vt hoc totum aial rōnale bñ diffinitur ꝑ hoc totū animal hñs animā rationalē: ⁊ sic aliquid modo est diffinitio ⁊ diffinitum respectu diuersorū.

Secūdo dubitatur an quādocunq̧ aliquis terminus diffinit̄ ſm aliquā suā significationē sua diffinitiō explicet cōditionē cuiuslibet rei significate per eū ſm talē rationē. Respōdetur ꝙ sic vt ly aial rōnale explicat naturam nō solum hoīs qui est sed cuiuslibet hominis possibilis. Forte dices sequeret̄ ꝙ hoc totū res habēs albedinē explicat cōditionē cuiuslibet albi possibilis ⁊ per ꝯñs rei nigre respondetur ꝯcedendo illarū. Si q̄ras qualiter conditionem rei nigre explicat dico ꝙ sic explicat ꝙ ad hoc ꝙ res nigra dicatur alba opꝫ ꝙ habeat in se albedinē. Sed queres an hoc totum res hñs albedinē declarat naturam albedinis que significatur ꝑ ly albū. Dicitur ꝙ nō: q2 ly album qđ est diffinitum non est natum accipi pro albedine sed solum pro re que pōt esse alba: ideo sit hec regula diffinitio soluꝫ declarat naturā ⁊ conditionē rei pro qua suum diffinitū natum est accipi. Additio. Et si iterū q̄ras quare ly album nō est natum accipi pro albedine postq̧ eque primo significat albedinem sicut rem albam. Ad hoc respondetur ponēdo aliam regulam quādocunq̧ diffinitum est terminus cognotatiuus ⁊ significatū ei9 formale distiguitur a materiali natum est accipi ꝓ materiali ⁊ nō pro formali ⁊ rō hui9 regule est quia tale significatū formale materiali solum accidētaliter ⁊ inhesiue cōuenit: significatū aūt materiale est res ipsa pro qua terminus natus est supponere. Quare cōmuniter in diffinitionibus taliū terminoꝝ terminus significato materiali correspōdens de diffinito predicatur in recto alter vero terminus significato formali correspondens in obliquo hoc totū claret in hac oratione albū est res habens albedinem.

Tertio dubitatur an respectu cuiuscūq̧ diffinitionis aliqđ idē possit esse diffinitum propriuꝫ ⁊ diffinitiue remotum.

Respondet̄ per duas ꝓpositiones quarum prima est ꝙ huius diffinitionis signum ponibile in ꝓpositione cōsueta ly terminus logicalis est diffinitum propinquū ⁊ remotum sed diuersis rationibus. Sed istius diffinitiōis animal rationale illa vox homo est diffinitum propinquuꝫ ⁊ nō potest esse diffinitum remotum eiusdem. Secunda propositio cuiuscūq̧ diffinitionis dabilis/aliquid idē (per nouā impositionem) potest esse diffinitum propinquum et remotum eiusdē secus esset seclusa noua impositiōe. Sed queres. An idem terminus possit esse diffinitum ⁊ diffinitio eiusdem diffinitionis. Dicitur ꝙ sic idem termin9 equiuoce sumptus vt si ly. a. secundū vnaꝫ impositionem esset synonimum cuꝫ ly homo ⁊ secundum aliam cum ly animal habens animam rationalem tūc totum verificaretur de illa voce. a respectu huius diffinitionis animal rationale.

Sequitur aliquid in generali de diuisione diuisio logice loquēdo est significationis termini magis communis per terminos minus communes partitio: exemplum dicendo animal: iuꝫ aliud rationale aliud irrationale ibi sunt duo consideranda scilicet ly animal quod est diuisum ⁊ terminus magis communis: ⁊ ly animal rationale: et irrationale que sunt mēbra diuidentia et termini minus communes.

Ad bonam diuisionem due requiruntur conditiones: prima conditio ꝙ diuisum non excedat disiūctū ex membris diuidentibus nec tale disiunctum excedat ipsuȝ diuisum quod nō est aliud ꝗ disiūctum ex membris diuidentibus conuerti cum diuiso et hoc intelligatur secundū significationes secundum quas se habent sicut diuisum ⁊ mēbra diuidentia. Secunda conditio ꝙ mēbra diuidētia sint opposita relatiue sic scilicet ꝙ non possint verificari de eodem secundum eandeȝ rationem.

Circa dicta mouētur dubia primo dubitatur. An omnis diuisio debeat esse bimēbris. Respondet̄ q̄libet diuisio debet admin⁹ habere duo mēbra diuidentia. Et si habeat plura omnia illa debent esse reducibilia ad duo membra. Additio. ¶ Aduertendum dupliciter aliquā propositionem posse reduci ad bimembrē. Uno modo per mutuaȝ combinationeȝ mēbrorum eiusdem diuisionis. Alio modo per affirmationem vnius membri et negationem eiusdem: vt capta ista diuisione terminorum. alius mentalis: alius vocalis: alius scriptus que est trimēbris sic reducitur ad bimembrem. Primo modo quidam mentalis: quidam vocalis: quidam mētalis quidam scriptus ⁊ conformiter cōbinando membra. Secundo sic ⁊ propi⁹ mentalis vel vocalis ⁊ non vocalis: ⁊ sic deinceps.

Secundo dubitatur. An diuisio sit ipsum diuisum vel ipsa membra diuidentia vel aliquod aliud. Respondetur ꝙ ly diuisio sicut cetera nomina verba potest capi actiue ⁊ tūc membra diuidentia sunt diuisio. Et si passiue capiatur tunc diuisio nō est aliud ꝗ ipsum diuisum. Sed aliter cōmuniter capitur: pro integra propositione vel complexo per quod denotatur sectio termini magis cōis per terminos minus communes cuiusmodi est hec oratio animalium aliud est rationale aliud est irrationale.

Nec ad bonam diuisioneȝ requirit̄ ꝙ sit propositio vera quia dato ꝙ nullū esset animal adhuc dicta diuisio esset bona ⁊ sufficiens et tamen tunc illa ꝓpositio est falsa. ¶ Additio.

¶ Insurget forte aliquis cōtra dicta: ꝓbando hanc diuisionem non esse bonā; animalium aliud homo aliud non homo quoniam diuisum solum de aīalibus verificatur et disiunctum ex mēbris diuidentibus de quolibet ente ē verificabile: sed ꝙ sit bona notuȝ relīquo ex dictis. ¶ Ad hoc respōdetur notando ꝙ semper in omni diuisione diuisum debet repeti cum mēbris diuidentibus in forma vel in virtute: q̄re dico ly homo vel non homo nō esse disiunctum ex membris diuidentibus illius diuisionis sed hoc totum animal homo vel animal non, homo.

Consequenter tractandum venit de argumentatione et partibus eius. Et quia omnis argumentatio componitur ex propositionibus vel ex complexo propositionali tanꝗ ex partib⁹ propinquis ideo dicemus primo in generali de propositione et de complexo ꝓpositionali. Propositio est oratio indicatiua significans vere vel false de significatione totali exemplum de isto complexo hō est animal

Sed dubitaret aliquis. An omnis oratio sit propositio Respondetur ꝙ non: quia ly homo albus est oratio et tamē non est propositio ⁊ ita idem est dicere oratio est complexuȝ et sic ly oratio est terminus magis cōmunis ⁊ superior ad ly ꝓpositō. Ponebatur in diffinitione ly indicatiua propter orationem in quibus ponuntur verba aliorum modorum que nō

ſunt propoſitiones : exemplum eſt de iſta petre fac ignē ⁊ ſic de ſimilibus·

Dubitatur an aliquod tale complexum vtrum homo eſt animal ſi homo eſt animal homo qui eſt chimera ⁊ ſic de ſimilibus ſit propoſitio Reſpondetur ꝙ non ⁊ ratio eſt: quia nullū tale ſignificat vere vel falſe de ſignificatiōe totali lꝫ bñ de ſignificatiōe partiali: poſtq̄ includit in ſe vnā partem que eſt propō modo. Regula eſt ꝙ quicquid ſignificatur per partem alicuius complexi: ſignificatur per totum complexum.

¶ Ulterius dubitatur An iſtud aggregatum verum vel falſum ſit propoſitio. Reſpondetur ꝙ non qa non eſt oratio indicatiua. Sed dices ſignificat verum vel falſum de ſignificatione totali qꝛ repreſentat omnem propoſitionem veram et omnem falſam ergo eſt propoſitio. Reſpondetur negando conſequentiam quia quamuis repreſentat aliquid quod eſt verū et aliquid quod eſt falſum de ſignificatione totali non tamen repreſentat vere vel falſe. Pro quo nota ꝙ repreſentare vere vel falſe eſt idem ꝙ eſſe mentalis vera vel falſa vel illi ſubordinari. Unde ſubordinari idem eſt ꝙ mediante alio ſignificare vt terminꝰ vocalis dicitur termino mentali ſubordinari quia terminus vocalis ſignificat mediante termino mentali.

Ulterius dubitatur de iſta oratione homo eſt animal ſcripta ī libro clauſo circa quam nemo aduerti. An ſit propoſitio. Et videtur ꝙ nō qꝛ apud nullum ſignificat vere vel falſe Reſpondetur ꝙ talis oratio eſt ꝓpoſitio. Et q̄uis non repreſentat vere vel falſe actualiter eſt tamen in potētia propinqua ad repreſentandum ſic ꝙ ſi aliquis apprehenderet ⁊ aduerteret circa illam repreſentaret: quod ſufficit ad hoc ꝙ ſi propoſitio: quoniam regula eſt ꝙ verba in diffinitionibus poſita dicunt aptitudinem et nō ſolum actum.

Propoſitio primo diuidit in cathegoricā ⁊ ypotheticā. Propō cathegorica eſt que habet ſbm copulam verbalem et predicatum tāq̄ partes principales ſue. Unde communiter totum illud quod reddit ſuppoſitum verbo eſt ſubiectum ⁊ ipſum verbum vniens dicitur copula ⁊ id quod ſequitur verbum ⁊ per ipſum vnitur cum ſubiecto dicitur predicatum hoc facile declarari poteſt in iſta propoſitione homo eſt animal. ¶ Correlarie ſequitur ꝙ ad propoſitionē cathegoricam duo requiruntur ¶ Primum ꝙ ſit propoſitio ob cuius defectū hoc totum aggregatum vtrum homo eſt animal non eſt propoſitio cathegorica. ¶ Secundum requiſitum eſt ꝙ habeat ſubiectum et copulam verbalem indicatiui modi ⁊ predicatum tanq̄ eius partes principales quare hoc totum hoc eſt animal ⁊ deus eſt non eſt propoſitio cathegorica: ſed hypothetica.

Sed dices. caſu communi poſito ꝙ ly a: eſſet impoſitum ad ſignificandum tantum ſicut ly homo eſt animal talis litera a eſſet propoſitō cathegorica: et tamen non haberet ſubiectum neq̄ copulam verbalē igitur dicta nulla. Reſpondetur ꝙ ly a ī caſu poſito eſſet propoſitio cathegorica et q̄uis nō habeat ī ſe formaliter ſubiectum ⁊ copulam verbalem habꝫ tamen in ſua equiualenti puta in mētali propoſitiōe cui ſubordinatur quod ſufficit. ¶ Idem dicendum eſt de circulo vel arbore ante tabernam: puta ꝙ eſt ꝓpoſitio cathegorica eo ꝙ ſubordinatur iſti mentali in hac domo ē vinum venale.

¶ Propoſitio hypotheti-

ca est propositio que habet propositio
nes plures. vel pla ꝯplexa ꝓpositiona
lia ⁊ copulam coniunctionalem vniē
tem illa simul tanq̄ partes principa=
les eius: ⁊ hoc formaliter vel equiua=
lenter exemplū primi. vt si homo est
aīal hō est substantia. exemplum secū
di. vbi duo sunt complexa propositio
nalia vt si sortes curreret sortes mo=
reretur. Unde complexum ꝓpositio=
nale est oratio in qua ponitur copula
verbalis optatiui coniunctiui vel infi
nitiui modi Dubitatur de istis magi
stro legente pueri proficiunt. homo ē
animal et econuerso an sint proposi=
tiones ypothetice. Dicitur ꝙ sic quia
in mentalibus quibus subordinantur
coniunguntur plures propositiones
per copulam coniunctionalem.

¶ Additio. ¶ Aliter potest dici
et conformius ad modernos ꝙ secun
da est ypothetica ⁊ prima cathegori=
ca: et licet equiualeat tribꝰ hypothe=
ticis (quia est equiuoca) in consequen
do non tamen in significando. Unde
equiualere in significando et subordi
nari alicui propositioni idem ꝓ nunc
reputo. ¶ Sed argueret aliquis. For
te nimis difficulter pro incohante se=
queretur ꝙ ista ꝓpositio vniuersalis
magistro legente pueri proficiunt sub
ordinaretur duabus mentalibus sino
nimis quarum vna est vera: reliq̄ fal=
sa quod aperte vere doctrine logices
repugnat sequela tn̄ patet mētalis il
la cathegorica correspondens tempo
rali vere ⁊ que respondet conditiona
li false sunt sinonime patet subiectum
vnius subiecto alterius est sinonimū
copula copule ⁊ predicato predicatū
igitur tota propositio toti ꝓpositioni
erit sinonima. ¶ Respondeo breuiter
copule non sunt sinonime propter di=
uersum modum vnionis vna quodam
modo temporaliter vnitꝰ extrema: al=
tera vero conditionaliter seu illatiue

Propositio ypothetica di=
uiditur in quinq̄ membra scilicet co=
pulatiuam disiunctiuam conditiona=
lem: causalem ⁊ rationalem. Propo=
sitio copulatiua est in qua coniungun=
tur due propositiones per coniunctio
nem copulatiuam tanq̄ per copulam
principalem vel aliquam ei equiualē
tem. Et ad eius veritatem requiritur
veritas vtriusq̄ partis principalis si
affirmatiua fuerit exemplū vt ista co
pulatiua est vera deus est et homo est
animal ⁊ ista falsa deus est ⁊ homo ē
asinus quia sufficit falsitas vnius par
tis vt sit falsa.

Dubitatur de istis. sortes
currit quando plato disputat: sortes
non currit nisi plato disputauerit: An
sint propositiones copulatiue. ¶ Re=
spondetur ꝙ prima est propositio co=
pulatiua ⁊ subordinatur huic menta
li sortes currit et in eodē tempore pla
to disputat. secunda autem est condi=
tionalis equiualens huic si plato dis=
putaret sortes curreret.

Propositio disiunctiua est
in qua coniunguntur propositiones
per coniunctionem disiunctiuam for
maliter vel equiualenter vt ista ē dis=
iunctiua sortes currit vel plato dispu
tat. Et ad veritatem eius sufficit veri
tas vnius partis principalis:

¶ Propositio causalis est in qua cō=
iunguntur plures propositiones per
aliquam coniunctionem causalem vt
ista est causalis quia sortes studet ip=
se erit doctus.

¶ Et ad veritatem eius requiritur
vtriusq̄ partis veritas ⁊ ꝙ ita esse an
tecedentis sit causa ita esse ꝯñtis.

Rationalis propositio est i
qua coniunguntur plures propositio
nes per cōiunctionem rationalem for
maliter vel equiualenter.

¶ Et ad veritatem eius requirūtur
duo scilicet ꝙ sit bona consequentia ⁊

q antecedens sit verum et etiam consequens vt hec propositio rationalis est vera homo est animal ergo deus est

Conditionalis

Conditionalis propositio. est illa in qua coniunguntur plures propositiones vel plura complexa propositionalia per aliquam coniunctionem conditionalem tanquam per copulam principalem. ¶ Et ad veritatem eius si affirmatiua fuerit sufficit et requirit quod si bona consequentia exemplificare est facile.

Pro istarum diffinitionum intelligentia videndum est quid est consequentia quid antecedens quid consequens et quid nota illationis. Unde

Consequentia

consequentia est aggregatum ex antecedente et consequente et nota illationis. Unde antecedens est propositio

Antecedens

vel complexum propositionale ex quo denotatur aliquid inferri per copulam illatiuam et si habeat plures partes propositionales vnitas copulatiue per ly et vel ly sed aut per aliquod equiualens. Prima dicitur maior: et secunda minor.

Consequens

Consequens est propositio vel complexum proportionale quod denotatur ex alio inferri. Nota illati

Nota illationis

onis est coniunctio denotans illationem seu sequelam vnius ex altero.

¶ Et sicut talis nota illationis est triplex scilicet coniunctio rationalis conditionalis vel causalis ita etiam omnis consequentia dabilis est propositio rationalis vel causalis vel conditionalis.

Hoc totum declaratur hoc exemplo ista tota oratio: omnis homo currit et sortes est homo ergo sortes currit dicitur consequentia cuius antecedens est hoc totum omnis homo currit et sortes est homo. Consequens vero est illa propositio sor currit. ly ergo nota illationis et maior vocatur illa omnis homo currit: et illa sortes est homo dicitur minor.

Sed in consequentia conditionali vel causali illa oratio sequens immediate ly: si. vel ly quia. dicitur antecedens. et consequens in talibus aliquando precedit notam illationis: vt hic sortes mouetur: si sortes currit et aliquando sequitur mediate.

Ex istis infero correlarium quod quamuis consequentia nihil aliud sit quam aggregatum ex antecedente consequente et nota illationis negare tamen aliquam consequentiam non est negare antecedens et consequens. sed est negare ita esse consequentis necessario sequi ad ita esse antecedentis exemplum vt proposita consequentia ista deus est: ergo summulista studet: aliquis statim negaret consequentiam tamen concederet antecedens et etiam consequens.

Correlarium

Simili modo proposita hac consequentia homo est asinus ergo homo est rudibilis statim concederet consequentiam et negaret antecedens et etiam consequens.

Consequenter ponitur hec diuisio communis consequentie: duplex est consequentia quedam est bona et quedam est mala. ¶ Consequentia bona dicitur illa in qua nequit ita esse in re: sicut per antecedens significatur quin pro tunc ita esset in re sicut per consequens significatur.

Consequentia Bona

¶ Et consequentia mala opposito modo diffinitur. ¶ Exemplum. Ista consequentia est mala: sortes currit ergo homo est asinus quia potest ita esse in re quod sortes currit quando non erit ita a parte rei quod homo est asinus. ¶ Sed ista consequentia homo est asinus: ergo sortes currit: est bona et vera.

Mala

¶ Sed pro intelligentia p̄dictorū ⁊ aliquarū regularum sequētium declarandi sunt isti termini propositio vera ⁊ propositio falsa propositio possibilis ⁊ propositio impossibilis ꝓpositio cōtingēs ⁊ propositio necessaria. Propositio vera est que significat taliter de sua significatione totali qualiter est a parte rei cuiusmodi est hoc prepositio deus est.

Propositio falsa est que significat taliter qualiter non est in re ipsa vt hec propositio hō est asin⁹ est falsa. Sed propositio possibilis est que significat taliter in re qualiter potest esse cuiusmodi est hec antichristus est: ⁊ similiter hec omne ens est deus dicitur ꝓpositio possibilis q̃uis nequit esse vera ita fuit tamē a parte rei sicut ꝑ eaꝫ significatur puta ante creationē mundi quod sufficit ad hoc ꝙ dicatur possibilis. Additio. ¶ Correlarie sequitur ꝙ ad propositionem esse veram duo requirūtur primū ꝙ propositio sit in rerum natura secundū ꝙ ita sit sicut per illam significantur sed ad ita esse nō requiritur primū. Secūdo sequitur ꝙ sicut datur propositio possibilis que non potest esse vera ita datur contingens que non potest eē falsa patet de ista creatura est: Propositio impossibilis est illa que significat taliter qualiter īpossibile est esse: semper in omnibus intelligo de sua significatiōe tot alicuiusmodi est ista ꝓpositio homo est asinus. Propositio cōtingens dicitur illa que significat taliter ꝙ potest ita esse in re qualiter significat ⁊ potest aliter eē a parte rei q̃ ipsa significat cuiusmodi est hec ꝓpositio summulista studet. Propositio necessaria est illa que sic se habet ꝙ non potest aliter esse a parte rei q̃ per eā significatur cuiusmodi est hec propositio deus est.

¶ Istis terminis declaratis ponuntur quattuor regule consequentiales cōmunes. Prima ex vero nunq̃ sequitur falsum in bona consequentia hoc est dicere ꝙ si detur aliqua consequentia bona oportet ꝙ ei⁹ antecedens nequeat esse verum consequente existente falso illud nō eget declaratione.

¶ Secunda regula ex possibile nō sequitur impossibile in bona cōsequentia vt ista cōsequētia non est bona hō est animal ergo hō est asin⁹ 2
Tertia regula. Si totale antecedēs alicuius consequētie ē impossibile talis consequētia semper est bona: hoc est qđ solet vulgariter dici ꝙ ad impossibile: sequitur quodlibet vt inferēdo ex ista propositione homo est asin⁹ quicquid volueris ꝯña semper est bona. Quarta regula omnis illa consequentia est semper bona cuius totale consequens est propositio necessaria hoc est ꝙ logici vulgariter dicūt necessarium sequitur ad quolibet vt inferendo istam propositionē deus ē ex quocunq̃ antecedente volueris consequentia erit bona multo plura de hac materia in nostro tractatu consequentiarum tractabimus.

¶ Consequēter ponuntur alique diuisiones ipsius propositiōis multum vtiles ⁊ conducentes ad precedentia ⁊ sequentia intelligēda. Sit hec prima diuisio propositionum quedam est affirmatiua ⁊ quedam negatiua. Propositio affirmatiua dicitur illa in qua copula pricipalis affirmatur ⁊ non negatur ⁊ hoc siue talis copula fuerit verbalis siue coniunctionalis verbi gratia ista est affirmatiua homo est animal ⁊ similiter ista si nullus homo est animal null⁹ homo est substantia. Propositio negatiua ē illa in qua copula principalis negat exemplū est de ista homo non est animal Dixi notāter copula principalis

quia ista propositio chymera que non currit est mouēs est pure affirmatiua quia negatio non negat nisi ly currit que est copula minus principalis. Sz ad cognoscendum quando propositio est negatiua ponitur hec regula quod quandocūq₃ super copulam principalem cadunt plures negationes negan ter tente si fuerit in numero impari talis propositio erit negatiua. Si vero fuerint in numero pari talis propositio dicitur affirmatiua vt ista propositio nullus homo est animal dicitur affirmatiua: ⁊ ista nullus homo non est animal dicitur negatiua.

Mouentur circa hoc dubitationes.

Primo dubitatur vtrum hec propositio chymera est vel non est: sit affirmatiua. ¶ Respondetur pro nūc q̄d ipsa est mere cathegorica nō affirmatiua: nec negatiua: sed mixte qualitatis: ideo ad supradictam diuisionem oportet superaddere hoc membrū propositio mixte qualitatis. Si non placet hec solutio dic aliter q̄ predicta ꝓpositio est affirmatiua eo q̄d principalior pars copule: puta hoc totum est vel affirmatiua. Et ex isto correlarie sequeretur q̄d aliqua propositio pure affirmatiua de simplicibus extremis cuius subiectum non supponeret esset vera claret correlarium de preassumpta propositione plus placet mihi tamen prima solutio. ¶ Additio. ¶ Sequitur hanc esse negatiuam sortes est non vel est animal et si queras vnā mixte qualitatis dabitur ista sortes est vel non possibiliter est animal. Et si vlterius queratur [vtrum] talis sit propositio ante cuius copulam ponuntur infinite negationes breuiter dicit est affirmatiua. nā quelibet negatio manet impedita. Forte arguis ergo si ꝑponatur tali vna negatio illa resultās erit negatiua quod implicat respōsioni questi: dicitur negando consequentiam ⁊ si probes per regulam cōmunē non est verius cōtradicere q̄ₓ toti ⁊c. dico illam regulam pati instantiaz in propositionibus in quibus ponuntur infinite negationes ante copulam. Queres vlterius quo modo efficietur negatiua dando illi contradictoriam respondetur omnes tollendo vna dēpta. Correlarie sequitur illam nō posse fieri negatiuam remouendo negationes in numero finito ⁊ nullo modo eidem addendo.

Secundo dubitatur qualis

est hec propositio deus possibiliter nō non est creans. Respondetur quelibꝫ illarum est propositio negatiua: quia ꝑncipalior copula seu pars copule negatur puta ly est. Ideo ponitur hec regula in ꝓpositionibus modalibꝰ oportet semper respicere ad affirmationez vel negationem copule verbalis parum curando de modo determinante copulā hoc vult ph̄ūs in secundo peryarmenias capite de propositionibus modalibus. ¶ Additio. ¶ Posset tamē argui quelibet negatio habet infinitas partes quaruꝫ quelibet est negatio: ergo q̄libet ꝓpō erit affirmatiua cum dictū sit q̄ infinite negatiōes ante copulā posite reddūt ꝓpositionē affirmatiuā Ad hoc sub paucis dicit q̄ q̄uis quelibet ꝓpositio habeat infinitas partes: quarū quelibet est negatio ille tn̄ partes siue negationes sunt eiusdē spe[c]iei: quare non se impediunt modo regu[la] allegata intelligitur de negationibus diuerse speciei ⁊ se impedientibus. Sed queres que negationes dicūtur eiusdē speciei ⁊ que diuerse dicitur negationes. quarū obiecta seu termini in quos feruntur sunt similes ⁊ synonimi sunt eiusdem speciei et per oppositum dicūtur differre specie Correlarie sequitur q̄ quādo vis vnius negationis cadit super aliam negationem ille differunt specie. nā pri-

ma habet pro parte obiecti secundam ⁊ secūda nullam negationē habz pro parte obiecti. Et per hoc faciliter solnitur obiectio que solet fieri de duabꝰ negationibus collateralibus q̄ꝗuis sint pares: tamē reddunt ꝓpositionez negatiuam: nam habēt idē obiectum ideo nō se impediunt cum sunt eiusdez speciei. Sed dices si vna illarum scribatur auro altera argento ille differunt speciei: ergo se debent impedire. Distinguendum est ꝙ differunt specie vel specie rei hoc ē ꝙ sint due res differentes specie a sua forma sustantiali: ⁊ sic concedo aut specie negationis de qua dictuz est ⁊ sic nego. Finaliter infertur ꝙ si poneretur bis vna negatio ante copulam semel in pr̄icipio propositionis ⁊ semel inter subiectū ⁊ copulam talis propositio esset affirmatiua. nam illa virtualiter valet duas sic disposita sicut vnus homo potius in duobus locis potest supplere vicez duorum equalium in portendo aliq̄d pondus vel huiusmodi.

Tertio dubitatur signata hac propositione scripta

Tertio dubitatur signata hac propositione scripta nullus homo est animal capio suam partē: puta residuum dempto ly nullus: puta homo est animal quero qualis est. Rñr ꝙ est ꝓpositio pure affirmatiua postq̄ȝ est synonima cuz hac homo est animal seorsum sumpta. Dices copula eiꝰ principalis negaṫ a ly nullus qr eius copula est eadem numero cum copula illius propositiōis totalis scripte nullus homo est animal que est negatiua ergo ipsa est negatiua.

Respondetur concedendo antecedens ⁊ negando consequentiaz quia ad propositionem esse negatiuaz oportet q̄d copula principalis negeṫ negatione que est pars illiusmet propositionis de qua est questio modo nō sic est in proposito: quia ly nullus non est ps illius ꝓpōnis homo est animal

Ultimo dubitatur qualis est hec propositio

Ultimo dubitatur qualis est hec propositio nō deus est similiter hec asinus nullus hoīs est currens. Respondetur quo ad primam ꝙ ipsa est distinguenda quoniā si ly non capiaṫ negāter ipsa est negatiua equiualens huic nullus deus est si vero capiatur ly non infinitāter ipsa est affirmatiua faciens hunc sensum aliquid quod non est deus est. Quo ad secundam propositionem dico ꝙ ipsa est affirmatiua quoniaz virtus illius negationis nō cadit vltra ly hominis ideo ponitur hec regula quotienscunq̄ȝ aliqua negatio mediat inter determinationem et determinabile virtus eius non fertur vltra ideo hec ꝓpositio homo qui non currit mouetur dicitur affirmatiua.

Ultima diuisio ꝓpositionum cathegoricarum

Ultima diuisio ꝓpositionum cathegoricarum quedam vniuersalis quedam particularis quedaz indefinita: et quedam singularis. Propositio vniuersalis est illa in qua subiectum existens terminus communis est determinatum signo vniuersali nō impedito. Signa vniuersalia sunt hec om̄is nullus quilibet vterq̄ȝ ⁊ similia per terminum cōmunem in proposito intelligimꝰ terminū appellatiue qualitatis more grammaticorum exemplū vt hec propositio omnis homo est animal est vniuersalis non tamen hec omnis homo qui est sortes est animal.

Propositio particularis ē illa in qua subiicitur terminus communis signo particulari determinatus. Signa particularia sunt aliquis quidam et similia. exemplum vt hec ꝓpositio aliquis homo est animal est particularis.

Propositio indefinita est in qua subiicitur terminus communis sine signo quantificante vt ista est indefinita homo est animal.

Additio.

Signum autem quātificans est sin

cathegoreuma variatiuū quantitatis propositionis respectu termini cōmunis vt sunt signa vniuersalia particularia et singularia ⁊ alia quib⁹ diffinitio ꝯuenit huius diffinitionis particule ponūtur ad soluēdum obiectiones que possent fieri contra diffinitionem ꝓpositionis indefinite primo ponitur sincathegoreuma. nam alias ly sortes esset signum quantificans quia posito illo vel remoto variatur quātitas propositionis: patet hic homo currit que ē indefinita addatur ly sortes dicendo homo sortes currit est singularis dicitur variatiuū quia nō oportet ꝙ actu variet: sed ꝙ sit natū variare quantitatem respectu termini communis: quia signum variare quantitatem respectu termini singularis non arguit ipsuȝ esse quantificans quoniā aliter negatio infinitās esset huiusmodi: quod nō concedo propter duo tum primo: quia in nullis propsitionibus de subiecto communi variat quantitatem. Tum secundo. nam si oporteret variare in singularibus ly omnis non esset signuȝ quantificans ptȝ hec est singularis homo qui est sortes currit addatur subiecto ly omnis adhuc erit singularis: sed de his hactenus. Forte obijcies sequeretur hanc esse indefinitam nō omnis homo currit cuȝ in ea subijciatur terminus cōmunis sine signo quantificante illam ꝓpositionem. Respondetur negando sequelam ⁊ ad probationem dicitur ꝙuis a nullo signo quantificetur saltim ab illis duobus simul redditur particularis.

Correlarie sequitur ly duo signa ꝑticularia non reddant propōnem vniuersalem duo tamē signa vniuersalia propositionē particularisant Propositio singularis est illa in qua subijcitur terminus singularis vel terminus cōmunis signo singulari determinatur: exemplū primi ista est singularis sortes est animal. exemplū secūdi ista est singularis iste hō est aīal.

Circa hec multa possunt moueri dubia et argumenta: sed pro nunc breuitas causa notetur soluȝ hec vnica dubitatio quanta est hec propositio scripta: omnis homo est aliquod facile respondetur quod ipsa est vniuersalis.

Sed dices contra si illa met legatur ordine retrogrado subiectum eius est terminus communis sumpt⁹ cum signo particulari: ergo est propositio particularis.

Respōdetur quod argumētum bene probat quod eadem propositio scripta equiuoce tamen sumpta est vniuersalis ⁊ particularis: sed hoc est in ordine ad diuersas propositiones mentales quibus subordinaē: sed non contingit eandem mentalem vltimatam esse vniuersalem ⁊ particularem.

Consequenter pro finali cōplemento ⁊ supradictorum intelligentia ponuntur tria signa quesitiua que ponit Petrus Hyspanus primo tractatu summularum scilicet que qualis ⁊ quanta: que est signū interrogatiuū querens de propositione cui preponitur de eius substantia scilicet an sit cathegorica vel hypothetica exemplificare est facile.

Qualis signum est interrogatiuum querens de qualitate propositionis cui preponitur: scilicet an sit affirmatiua vel negatiua: quanta querit de quantitate propositiōis cui preponitur: puta an sit vniuersalis particularis indefinita vel singularis: vnde versus que ca vel yp. qualis ne vel af. v. quanta per. in sin. multa alia de hac materia ingeniose tractabimus in primo tractatu summularum ⁊ hec de prima parte nostri epithomatis instituti sufficiant.

¶ Sequitur tractatus terminorum logicalium.



Equit̃ secũda pars nostri epithomatꝭ in qua vt pronusimꝰ tractabimus diffinitionem termini et aliq̃s diuisiones eiusdez. Pro cuius expeditione notã dum venit ꝙ ly terminus phisice accipiendo nihil aliud est q̃ꝫ finis seu extremitas alicuius rei: ⁊ sic vltima dies mensis vel anni dicitur terminꝰ de hac acceptiõe nihil ad presens: sed citius ad phisicuz spectat tractare: alio modo accipitur ly terminus logice ⁊ tunc secludendo omnem prolixitatem pluralitatem ꝙ diffinitionuz ponitur hec diffinitio plana ⁊ doctrinalis terminus supple logicalis est signum ponibile in propositione consueta tanq̃ꝫ pars huius propinqua: ly signuz ponitur primo loco diffinitionis tanq̃ꝫ magis cõmune q̃ꝫ ly terminus quia omnis terminus est signum: sed non ecõuerso: quia ymago herculis est signuz ⁊ tamen nõ est terminus logicalis immo quelibet res mundi et dictio est signum vt in proposito sumitur. Nec ꝑ nũc volo insistere de simplici acceptione illius termini signũ sed inferius dicetur in materia de significare.

Ponitur deinceps ponibile in propositione: quia ad hoc ꝙ aliquid sit terminus nõ requiritur ꝙ ponatur in ꝓpõne: sed satis est q̃d possit poni in ꝓpõne Ponit̃ deiceps i ꝓpõe ꝯsueta ad excludẽdas res ad extra: vnde q̃ꝫuis lapis vel domꝰ imponeretur ad s̃candum oẽs hoies adhuc non eẽt terĩus logicalis: quia non põt poni in propositione cõsueta ⁊ visitata: q̃m nõ consuetũ est vti ꝓpositionibus cõpositis ex lapidibus ⁊ lignis. Unde ꝓpositio consueta d̃r ꝓpositio mẽtalis vel vocalis: vel scripta illo modo quo solent describi puta literis vel syllabis vel litera tãtum vel mixta ex his. Dicebatur deinceps tanq̃ꝫ pars ꝓpĩqua ipsius ꝓpõnis ad excludẽdas medietates literarum vnde medietas istius litere a. nõ est terminus logicalis: vt notũ est tamẽ ponitur in ꝓpõne ꝯsueta: puta in ista homo est animal: tamẽ non ponit̃ in illa nec aliqua alia possꝫ ponit tanq̃ꝫ ꝑs ꝓpinqua ipsius ꝓpõis licet bñ tãq̃ꝫ ꝑs remota. Pro quo aduertendũ est ꝙ in aliqua ꝓpõe alique ꝑtes dicũtur ꝓpinq̃ꝫ ipsius ꝓpõnis ⁊ alie dicũtur ꝑtes remote: illa d̃r ꝑs ꝓpinqua ꝓpõnis ex cuius s̃catione partialiter ꝯsurgit totalis s̃catio ꝓpositionalis illius ꝓpõnis cuius est pars vt in ꝓpõne cathegorica cõsueta subiectũ p̃dicatũ vel copula vel determinatio aut signũ aliq̃d cadens in subiectum predicatũ vel copulã d̃r ꝑs propinqua. Sꝫ ꝑs remota diffinit̃ opposito mõ ⁊ est illa pars p̃põnis cuiꝰ s̃catio nõ facit partialiter ad totalẽ s̃cationẽ ꝓpõnalem ꝓpõnis cuius est ꝑs cuiusmodi est quelibet litera ⁊ syllaba que non est pas p̃ncipalis ꝓpõnis et partes talium literarũ ⁊ syllabarum.

¶ Additio. ¶ Ex isto patere põt ꝙ datur aliqua ꝓpõ cuiꝰ nulla erit pars ꝓpinqua ptꝫ de illa litera vel voce a. in casu cõi similiter dat̃ ꝓpõ cuiꝰ nulla erit pars remota ptꝫ de mentali vltimata cui subordinatur talis vocalis ptꝫ s̃c̃do ꝙ alicuiꝰ ꝓpõnis alique partes ꝓpinque sunt partes remote eiusdẽ propositionis immo oẽs ꝑtes propinque sunt ꝑtes remote respectu eiusdem ꝓpõnis intelligo accipiendo ly oẽs vtrobiq̃ꝫ collectiue. nihilominus tamẽ non est possibile ꝙ aliqua pars

ꝓpinqua sit ꝑs remota respectu eius=
dem propositionis ⁊ in ordine ad ean
dem eius significationē propositiona
lem. Additio. Et si cōtra hoc argu
as de hac propositione scripta homo
est homo cuius subiectū scribitur eo=
dem atramento cū prima syllaba pre=
dicati tūc illius propositionis aliqua
pars est ꝓpinqua ⁊ remota puta sub=
iectū ⁊ illa syllaba ho ⁊ tamē non va
riatur eius significatio ꝓpositionalis
vt notū est igitur illa pars ē falsa ad
hoc dr: primo ille casus nō potest con
tingere per naturam: secūdo dicit ad
mittēdo casum per de potentiā ꝙuis
eadem pars sit ꝓpinqua ⁊ remota se=
cundū diuersos respectus ⁊ considera
tiones non potest tamē eadē pars eē
propinqua ⁊ remota ẜm eādem ratio
nem ista omnia ingenioso iuueni stu=
denti et disputanti clarent.

¶ Additio.

Circa predicta notandū
est ꝙ quicquid est pars pricipalis ali
cuius ꝓpositionis est pars ꝓpinqua
eiusdē licet nō e diuerso nam in ista ꝓ
positiōe quilibet hō currit ly quilibet
est ꝑs propinqua non tamē pars pnci
palis ꝙ sit pars propinqua ex diffini
tione illius termini notū euadit ⁊ qꝺ
non sit principalis patet quia non est
extremum vel copula propositionis
cathegorice ergo eiusdem non est pri
cipalis pars.

Unde ly pars principa=
lis propositionis diffinit eodē modo
sicut ille termin⁹ pars propinqua ad=
dendo illam particulā/ ⁊ ab ea deno=
minationē essentialē ⁊ propōnalē su
mit hoc est remota vna parte princi=
pali a propositione residuū non de no
minabitur amplius propositio secus
esset remota parte propinqua exēpli
ficare est facile de hac quilibet homo
currit ⁊ hoc maxime habet verum de
mentali que principaliter est proposi=
tio et illa pars que dicitur pricipalis
in mētali simili parti i vocali vel scri=
pta correspondet a. qua talis suum si=
gnificare suamq; denominationē sor
titur hec omnia predicta de omni pro
positione tā cathegorica ꝙ hypothe=
tica intelligas. Correlarie sequit pri=
mo hoc totum pars propinqua eē ter
minum magis cōmunem ⁊ superiorē
ad ly pars pricipalis. Sequitur secū
do nulla propositio sumpta secundū
significationē propositionalē potest
esse pars ꝓpinqua vel principalis ꝓ
positionis cathegorice. Tertio sequi
tur quelibet propositio potest eē pars
propinqua ⁊ principalis propositiōis
hypothetice hec omnia clarent intel
ligēti diffinitiōes terminorū. Ex hac
diffinitione sic declarata infertur hoc
correlarium ꝙ nulla res ad extra est
terminus logicalis prout in proposi=
to sumitur quelibet tamē dictio litte=
ra et syllaba siue significatiua siue nō
significatiua est termin⁹ logicalis ꝓ=
ut sumitur in predicta diffinitione.

Solet tamē accipi ly termi=
nus logicalis magis stricte ⁊ proprie
puta pro termino qui significat ꝓprie
et cum hoc est ponibilis in propositio
ne consueta ⁊ hoc modo capiendo so=
lū terminus significatiuus esset ter=
minus logicalis sed de hac multipli=
ci acceptione pro nunc non insisto.

Ad maiorem dilucidationē
predicte diffinitionis duo per ordinē
faciemus. Primum contra predictā
diffinitionem aliquibus argumenta=
tionibus facillimis instabimus. Se=
cundum erit mouendo dubia breuita
tis causa. Arguitur primo sic ⁊ capio
attramētum quod est in cornu ex quo
cras adequate scribetur iste termin⁹
homo arguitur sic illud attramentū
non est terminus logicalis cū sit res
ad extra ⁊ tamen illud attramentum
est signum ponibile in propositiōe cō

sueta quia crastina die illud idem attramentum erit ille terminus homo q̄ ponet in propositione: ergo diffinitio conuenit alicui cui nō cōuenit diffinitum et per consequens nulla et insufficiens. Ad illud argumentum respondetur concedendo illud attramētum q̄diu est in cornu non esse terminum logicalē: quia tunc est res ad extra. Et quando dicitur illud attramētum est possibile in propositione consueta distinguo, vel in potētia propinqua hoc est seclusa omni mutatione ꝑ quam acquirit nouam impositionem vel dispositionem in litteras et syllabas ⁊ sic negatur vel ꝙ sit possibile in potentia remota ⁊ sic conceditur. Unde illa mutatio per quam tale attramentum disponitur in litteris ⁊ syllabis impedit ne sit possibile in propositione in potentia ꝓpinqua quia per talem mutationem ⁊ dispositionē acquirit nouam significationem puta significando omnes homines.

Contra hoc replicatur quia tunc sortes scribens ex illo attramēto illum terminum homo imponeret illud attramentum de nouo ad significandum homines sequela est nota de se: sed ꝙ hoc sit falsum probatur quia tunc sequeret ꝙ quilibet scribens imponeret attramentum per quod scribit ad significandū de nouo ⁊ ita quilibet haberet auctoritatem imponendi quod videtur absurdum.

Ad hanc replicaꝫ respondetur concedendo illatum vel distingo quod quilibet scribens habet auctoritatem imponendi vel impositione secundaria sic concedo vel impositione primaria ⁊ principali ⁊ sic negatur volo dicere quod primus impositor imponebat omnem rem diuisibilem ⁊ insculptibilem ad significandum et ad representandum sub hac conditione quod quotiescunqꝫ talis res disponetur in litteras ⁊ syllabas tunc significabit modo scribens vel disponens solum ponit illam conditionem in esse ⁊ ita dicitur imponere impositione secundaria nec hoc est absurdum.

Secundo arguitur volo q̄d ista litera a. imponatur ad significandum omnes homines sic quadiu erit extra ꝓpositionem significabit ⁊ quā cito erit in propositione non amplius significabit omnes homines tunc ly a secundum talem significationem et impositionem est terminus logicalis ⁊ tn̄ secūdū talē significationem non est possibile in potentia propinqua in propositione consueta ergo diffinitio termini est male assignata.

Ad hoc secundum argumentum Respondetur casu admisso concedendo quod ly. a. secundum talem significationem et impositionem est terminus. Similiter concedo ꝙ secundum talem significationem et impositionem non potest poni in propositione. Et quando infertur ergo diffinitio est mala negatur consequētia quia diffinitio termini intelligitur sic Terminus est signum possibile in ꝓpositione nisi repugnantia et implicatio proueniat ex parte impositionis modo quod ly. a. in casu nō posset poni in propositione secundum talem significationem hoc solum prouenit ex parte impositionis seu modo imponē di ⁊ non ex parte significatiōs. nam suus terminus mentalis qui habet eādem significationeꝫ bene potest poni in propositione: ⁊ similiter ly homo secum synonimum.

Tertio arguitur sic ly vtrū secundū significatione secundū quam est signum interrogatiuum est terminus logicalis vt notum est: ⁊ tamen secundum illam significationem non potest poni in propositione. ergo diffi

nitio termini est male assignata probatur minor: quia si ly vtrum secundum illam significationem posset poni in propositione maxime poneretur in ista: vtrum homo est animal sed illa nõ est propositio: quia est oratio interrogatiua. Similiter argui ⁊ inquiri potest de hac oratiõe iperatiui modi o petre fac ignez in qua propositione posset poni secundum suam significationem vltimatam

Ad hoc tertium argumentum. Rñr concedendo quod ly vtruz secundum significationem secundum quam est signum interrogatiuum est terminus logicalis et etiam secundū illam dico quod potest poni in propositione cõsueta quando queris in qua dico quod in ista ego quero vtruz homo est animal in qua propositione ly ego est subiectum et ly sum copula et totum hoc querens: vtrum homo est animal est predicatum et ly vtrum in tali ꝓpõne capit pure interrogatiue Similiter dico de illa oratione imperatiua o Petre fac ignem puta ꝙ talis oratio est terminus logicalis ⁊ ponitur secundum talem significationē in hac propositiõe ego in dies clamo o Petre fac ignem in tali propositione ly ego est subiectum ly sum copula et totum hoc clamans o Petre fac ignem est predicatum et in tali propositione illa oratio imperatiua capitur significatiue.

Quarto arguit volo quod ista litera a. imponatur ad significandū omnes homines pro crastina die taliter quod in tempore inter medio ante diem crastinam nõ significet tūc ly a. non est terminus in significando homines: quia pro tunc nõ est impositum nec significat vt claret ex casu et tamen pro tunc in sic significando potest poni in propositione consueta puta adueniente die crastina si formetur ista propositio a. est homo a in illa significabit om̄es homines ergo diffinitio termini male assignata.

Ad istud quartum argumētum Respondetur casu admisso ꝙ ly a. in illo tempore inter medio non est terminus logicalis in significãdo omnes homines ⁊ distingo quod in significando omnes homines possit poni in propositione vel in potentia propinqua ⁊ sic negatur: vel in potentia remota. ⁊ sic conceditur: vnde quando ly a. crastina die ponetur in propositione tunc significabit omnes homines ⁊ nunc non significat per impositionem. Et ita per successum temporis facta est mutatio aliqua per quaz acquirit nouaz significationem ⁊ hoc tollit potentiam propinquam modo ly possibile positum in diffinitiõe preassumpta dicit aptitudinem in potentia propinqua. ¶ Additio.

Correlarie sequitur aliquis terminus est impositus ad significandū impositione sufficienti ad hoc quod debeat significare et non est depositus ⁊ tamen non significat id ad quod est impositus ad significandum probatio correlarij est casus argumenti.

Sed mouentur dubia. Primo dubitatur quod est diffinituz propinquum predicte diffinitiõis. Et an idē terminus vniuoce sumptus sit eius diffinitum propinquum et remotum. Respondetur ꝙ illa dictio terminus logicalis et quelibet sibi synonima siue fuerit in mente siue in voce siue in scripto secundum suaz significationem vltimatam secundum quaz significat omnes terminos logicales dicitur diffinitum propinquum predicte diffinitionis ⁊ illamet dictio est etiaz diffinitū remotū eiusdē diffinitionis: vt patz sic: quia quilz terminus logicalis est diffinitum remotū illius diffini

tionis: sed terminus logicalis est vn⁹ termin⁹ logicalis ergo. Sed diceret aliquis ꝙ ly diffinitum propinquuꝫ ⁊ diffinitum remotum: sunt membra alicuius bone diuisionis puta huius diffinitorum quoddā propinquū ⁊ quoddam remotum: ergo debent esse realiter opposita ⁊ non verificari de eodē Respondetur ꝙ debent solum esse opposita relatiue sic ꝙ non verificentur de eodem secundū eandem rationem modo in proposito alia est causa: quare ly terminus logicalis est diffinitū propinquū puta quia est conuertibilis cum diffinitione eius naturam explicāte: et causa quare dicitur diffinitum remotum est: quia est significatū per diffinitum propinquum eiusdē diffinitionis secundū significationem secundū quā est diffinitum propinquū.

Dubitatur secundo de veritate istius propositionis non termin⁹ est signū ponibile in propositione cōsucta ⁊ similiter de veritate istius nō terminus est terminus capto ly non vtrobiqꝫ pure infinitanter Respondetur distinguendo quēlibet illaruꝫ propositionum: quia si ly non termin⁹ capiatur significatiue ⁊ personaliter q̄libet illarum est falsa: ⁊ ipossibilis sensus est ꝙ aliquid quod non est terminus est termin⁹. Si vero capiatur ly non terminus materialiter secunduꝫ suam significationem: secundū quam significat seipsum tunc vtraqꝫ illaruꝫ propositionum est vera cum sensus sit ꝙ talis dictio non terminus est terminus ⁊ ꝙ talis dictio nō terminus est signuꝫ ponibile in propositione ⁊ hoc totum est verum.

Sed contra hoc argueret aliquis ly homo scriptus in libro ē nō terminus capiendo ly non terminus significatiue: ergo terminus est non terminus: terminus significatiue captis probatur antecedens: q̄a illa dictio homo scripta potest esse non terminus: vt puta si accumularetur illud attramentum quo scribitur ille terminus homo iterum in calamo tunc res illa que prius erat ly homo esset non terminus ⁊ quid potest esse hec dictio homo nunc est: ergo ly homo nūc est non terminus. ¶ Respondetur ꝙ hec consequētia nihil valet hec dictio homo potest esse non terminus et quicquid potest esse hec dictio homo nunc est illa dictio homo idem demonstrādo: ergo illa dictio homo est non terminus: sed oportet addere in minore ⁊ qualitercunqꝫ illa dictio homo potest se habere nūc se habet: modo hoc est falsum: do enim simile nō sequitur hoc album potest esse nigrum: ⁊ quicquid potest esse hoc albū: nūc est hoc album: ergo hoc albū nunc est nigrū

Additio. ¶ Notes illam cōsequentiam non valere si ly non infinitet incomplete quoniam si infinitaret complete consequentia esset bona: sed quēadmodum consequens est falsum: ita ⁊ antecedens puta maior Aduertendum tamē si ly non infinitet incōplete maior facit hunc sensum illa dictio homo potest esse aliquid quod nō est vel non fuit vel non erit vel nō potest esse terminus capiendo ly vel diuisiue ⁊ in illo sensu nulli est dubiuꝫ quin sit vera si vero infinitet ꝯplete facit hūc sensum illa dictio homo potest eē aliquod non potest eē terminus qui claret esse falsus: ⁊ ita in similibus dicendum est. Sed quereret aliquis de veritate istius nō termini ⁊ non termini sunt termini dico ꝙ si ly ⁊ capiatur diuisiue est falsa: ⁊ si complexiue vera ista latius discutientur in summulis in materia de copulatis

Tertio dubitatur an sit possibile ꝙ quilibet terminus logicalis sit actualiter i propositione tanqꝫ ps eius. Respondetur breuiter ꝙ hoc nō

est possibile in casu contingenti ⁊ possibili per naturã: quia naturaliter loquendo nõ possunt esse nisi finite propositiones ⁊ sic deueniretur ad vnam que non esset pars alterius vel oporteret ꝙ idem esset pars sui ipsius qḋ est impossibile vt claret deducenti.
Sed in casu supernaturali ẽ bene possibile qḋ quilibet terminus sit in alia propositione tanq̃ pars eius vt puta in casu ꝙ ista propositio homo est animal que est hic totalis ⁊ se sola poneretur in infinitis locis sic ꝙ in primo loco est totalis: ⁊ in secundo cuꝫ alijs terminis facit propositionem ⁊ illud aggregatum in tertio loco positū cū alijs terminis facit aliam propositionem ⁊ sic consequenter sed iste casus facile negatiua multis esse possibilis ideo nõ amplius insisto. Hic solẽt aliqui moderni garrire in casibus insolubilibus ⁊ reflexiuis sed eos quo ad hoc non insequor quoniam reputo illud inutile ⁊ huic negocio impertinẽs ⁊ hec de diffinitione termini.

¶ Priusquam tractemus diuisiones terminorum necesse est aliquid dicere de significare seu significationibus terminorum: ideo primo dicemus quid sit significare. deinde quotuplex est significare. ¶ Capiendo enim ly significare generaliter sic diffinitur est potentie cognitiue aliquid vel aliqua vel aliqualiter representare. Unde representare ẽ facere cognoscere exempli gratia iste terminus homo significat homines quia potentie cognitiue ipsos representat ⁊ ita ly representare ponitur tanq̃ terminus magis notus ⁊ non tanq̃ terminus magis communis quam ly significare: immo quicquid est significare est representare et econtra. Sed dices terminus in libro clausus est significare et tamen non est representare eo ꝙ ꝓ tunc nõ representat. Dico quod licet non representet actu est tamen in potentia propinqua ad representandum modo tam ly significare quam ly representare non dicũt simpliciter actũ sed aptitudinem in potentia propinqua. Dicebatur in illa diffinitione potentie cognitiue: quia termini bene significant brutis sicut ⁊ hominibus ⁊ ita per potentiam cognitiuam intelligimus omnem rem potẽtem cognoscere cuiusmodi est quodlibet brutum quilibet homo anima vel angelus vł deus: ponitur ly aliquid propter terminos singularis numeri non collectiuos sicut ly homo ponitur aliqua ꝓpter terminos pluralis numeri vel terminos collectiuos singularis numeri exemplum primi vt ly homines exemplum secundi: vt ly populus dicitur aliqua representare. Ponitur aliqualiter propter terminos sincathegoreumaticos qui non significant aliquid nec aliqua: sed soluꝫ aliqualiter in quantum huiusmodi. Significare aliqualiter est facere alium terminuꝫ cum quo iungitur aliter accipi ab intellectu quã caperetur secluso tali sincathegoreumate ⁊ huius nature sunt omnes partes orationis dempto nomine ⁊ verbo et multa adiectiua pure adiectiue tenta cuiusmodi ly omnis ly nullus et similiter ly est in ista homo est animal representat soluꝫ aliqualiter. Ex ista diffinitiõe sic declarata sequitur hoc correlarium ꝙ quelibet res mundi etiam quelibet dictio est significatiue vt in proposito diffinitur. Ideo ponitur quadruplex acceptio de ly significare seu de ly representare scilicꝫ significare obiectiue significare effectiue: significare formaliter et significare instrumentaliter: vnde obiectiue significare est concurrere in ratiõe obiecti ad causandam noticiam alicuius rei exemplum vt si ego videam sortem sortes dicitur seipsum obiectiue representare. Ideo

ponitur hec regula. Omnis res mundi in causando noticiam sui dicitur representare obiective. Unde obiectuz alicuius noticie est res significata per illam noticiam: vnde notitia est qualitas existens in potentia cognitiua mediante in potentia cognitiua formaliter et immediante cognoscit exẽplum quando video sortem habeo in potentia cognitiua quandam qualitatem mediante qua eũ video ⁊ ista qualitas vocatur noticia.

¶ Effectiue representare ẽ concurrere in ratione cause efficientis ad productionem noticie : exemplum si potentia cognitiua produceret noticiam lapidis illa potentia cognitiua representaret lapidem effectiue: quia partialiter efficit noticiaz lapidis. Ideo sit hec regula quod Omnis notitia sit partialiter ad ipsa potentia cognitiua cui inest: formaliter representare est esse noticiã vel actuz quo aliquid vel aliqua vel aliqualiter significat. Et pro isto modo ponitur regula quod Soli termini mentales et omnes tales dicuntur formaliter ⁊ immediate representare: vnde quemadmodum albedo est vnum accidens quo paries denominatur albus sic noticia est quedam qualitas per quam potentia cognitiua immediate denominatur cognoscens. Instrumentaliter representare est esse instrumẽtum quo mediante causatur in ipsa potentia cognitiua noticia et ponit hec regula. Omnis terminus vocalis ⁊ etiam scriptus dicitur representare instrumentaliter. Exemplum quando profero istum terminum homo per talem vocem tanq̃ per instrumentum causatur vna noticia omnium hominum in anima auditoris.

¶ Pro maiori explanatione dicte diffinitionis duo per ordinẽ faciemus. Primum aliquibus breuissimis argumentationibus contra caz instabimus secundo mouebimus dubia. Breuitatis causa: arguitur. Primo sic non datur aliquis terminus significans aliqd quin ille significet aliqua probatur: quia si daretur maxime esset ly homo: sed hoc non quoniã ly homo significat quẽlibet hominem et omnes homines ⁊ etiam semetipsum ⁊ omnes terminos sibi similes q̃ sunt aliqua: ergo illa particula aliquid est superflua. Tum etiam omnis terminus significans aliqua significat aliquid: quia omnis terminus significat semetipsum quod est aliquid ergo superflue ponitur vna illarum particularum. Similiter omnis terminus significans aliqualiter significat etiam aliquid ⁊ aliqua probatur quoniã ly omnis significat semetipsum ⁊ om̃es terminos sibi similes ⁊ sic relinquitur quod vna illarum particularum vel plures sunt superflue.

¶ Ad istud argumentuz respondetur negando quod aliqua illarum particularum sit superflua.

Et ad probationem dico ponẽdo hãc regulam q̄ quãuis omnis terminus mundi significet aliquid ⁊ etiam aliqua puta semetipsum et dictiones sibi similes nihilominus tamen secundum vnam significationem significat aliquid ⁊ secundum aliam significationem significat aliqua: istud declaratur exemplo quoniam iste termin⁹ michael secundũ suam significationẽ vltimatam significat aliquid ⁊ secundum suam significationem nõ vltimatam significat aliqua puta terminos sibi similes: ita naturalis similitudo omniũ hominũ in represantãdo vltiate significat aliqua ⁊ in rep̄sentãdo se nõ vltimate sĩcat aliquid solũ. ita etiã dicendum est de ly omnis q̄ secunduz aliquam suam significationem signi-

ficat solum aliqualiter et secūdū aliā significat aliquid et ita de multis aliis potest exemplificari. Sed replicat sic ly omnis nullo modo significat aliqualiter igitur nullum est significare aliqualiter probatur sic quia dato oppositi sequitur bene ly omnis significat aliqualiter ergo aliqualiter significatur per ly omnis tenet consequentia ab actiuo ad passiuum sed hec est falsa aliqualiter significat per ly oīs quoniam sensus eius est falsus scz iste aliqualiter est significatuz per ly omnis sed hoc claret esse falsum.

Ad istam replicam respōdetur concedendo istam ly omnis significat aliqualiter. Et quando infertur ergo aliqualiter significatur p ly omnis negatur consequentia. Et dico ꝙ regula illa ab actiuo ad suum passiuum fallit quando virtus verbi actiui non cadit super terminum significātem aliquid vel aliqua sed solū aliqliter quemadmodum contingit in illa ly omnis significat aliqualiter.

Secundo arguitur. si aliqs terminus significat aliquid: maxime esset ly homo sed hoc non igitur diffinitio de ly significare nulla: tenet cōsequentia cum maiore probatur mior quia si ly homo significaret aliquid: vel significaret solum hominem qui ē vel omnem hominem possibilem.

Respondetur breuiter ꝙ ly homo non solum significat hominem qui est: sed omnem rem potentem esse hominem et ita dicendum est de quolibet alio termino significatiuo.

Ex isto correlarie sequitur ꝙ ly populus significat et representat quemlibet hominem probatur quia ly populus significat omne id quod potest esse populus: sed quilibz homo potest esse populus quoniam ex quocunꝗ homine possunt de potentia dei fieri decem homines totales vt facile ē deducere. ¶ Secundo sequitur quod ly vir representat quamlibet mulierē quoniam quilibet vir per aliam dispositionem sue materie potest effici mulier immo naturaliter loquendō. Galienus in libro de spermate recitat historiā de quodā qui factus est mulier.

Contra istam solutionez replicatur. ¶ Ex dictis sequitur veritas huius propositionis ly homo significat antichristum: sequela ē nota: de se sed ꝙ hoc sit falsum probatur bn̄ sequitur ly homo significat antichristum et antichristus nihil est. ergo ly homo nihil significat.

Respōdetur breuiter negādo hanc consequentiam vltimaz quoniaz arguitur ab illo termino ens nō ampliato in antecedente ad ipsuz ampliatum et distributum in consequente: modo talis modus arguendi non valz vt postea videbitur hoc sic declaratur quoniam ly significat: ampliat obliquum rectum ab eo adminus ad illud quod est vel fuit vel erit vel pōt esse ideo sensus istius propositiōis ly homo significat antichristum est iste ly homo significat antichristū qui est fuit vel potest esse: similiter in ista antichrist⁹ significatur per ly homo subiectum ampliatur ad possibilia.

Sed cōtra istud replicatur. ¶ Ex isto ꝯqueretur hanc propositionem esse falsaz Chymera significat chimeram quoniam ly chymera non supponit eo quod nihil est nec potest esse chimera. et secundum predicta ly significat ampliat soluz ad possibilia

Ad istam replicam respondetur negando falsitatem istius Chymera significat chymeram: ad improbationem adductam mihi videtur ꝓ nunc doctrinaliter esse dicendum qd̄ ly significat aliquādo ampliat termi-

num rectum ab eo solum ad quattuor differentias temporum: scilicet quando talis terminus natus est supponere mediante copula de possibili ⁊ quã do non est natus supponere mediãte tali copula ampliat ad quinque: sicut in illa chymera ſ̄at chimeram.

Et si queras causam huius dico quod non est alia nisi communis modus loquendi.

Sed ex isto correlarie sequitur veritas istius ly homo significat chymeraz non stando in appellatiõe quia sensus eiꝰ est ly homo significat id quod est fuit: vel erit vel potest imaginari esse chymera: ⁊ eodem modo cõcederetur ista propositio ly homo significat asinum si teneremus: vt ly ſ̄gnificatum ampliet quemlibet obliquum rectum ab eo indifferenter.

¶ Sed ne lectori videatur hoc falsum ⁊ absurdum correlaria illa intelligũtur de significatione respectiua vt dicetur in materia ampliationum: vbi dicetur quid suppositio ⁊ significatio tam absoluta ꝙ̄ respectina.

Sed queritur quid et qualiter significat ly chymera. ¶ Respondetur quod ly chymera est terminus cognotatiuus de materiali significato omne ens mundi representat ⁊ de formali cognotat quod tale ens est cõpositum ex partibus non potentibus facere vnum ens ⁊ ideo nisi esset eius cognotatio conuerteretur cũ ly ens.

Ex toto isto processu sequitur veritas omnium istarum propositionum chymera significat per ly chimera et chymera: intelligitur vtrobique capto subiecto significatiue et ex cõsequente conceditur quod aliquod impossibile est intelligibile istud declarabitur disputando.

Tertio arguitur hoc totum aggregatum omnis homo sumptum significatiue est significare vt notum est tamen secundum talem significatione nõ significat aliquid vel aliqua nec aliqualiter sed solum aliquid et aliqualiter copulatim.

Eodem modo potest argui de isto verbo currit supposito quod sumatur incomplexe.

Ad istud argumentum respondetur negando minorez argumẽti immo dico ꝙ illud aggregatuz omnis homo representat aliquid ratiõe sue partis puta de ly homo et aliqualiter ratione de ly omnis nec incõuenit quod aliquod complexum significet aliquid ratione vnius partis ⁊ ratione alterius aliqualiter. ¶ Quando vlterius queris de ly currit sumpto incõplexe. dico ꝙ talis terminus significat aliqđ ⁊ etiã representat aliq̃lit̃ copulatiue ⁊ hoc vniuoce: nec hoc inconuenit diuersis tamen rõnibus.

Ex isto sequitur ꝙ quidam modernꝰ superflue male ⁊ sine cã condemnat diffinitionẽ predictã de ly significare ⁊ dicit superaddendas esse has ꝑticulas aliqđ ⁊ aliqualiter aliqua ⁊ aliqualiter. ¶ Additio.

¶ Et facilius intelligendũ illas ꝑticulas esse suꝑfluas sic argumentor seq̃ret̃ ly currit ⁊c. verba adiectiua esse cõplexa cuius oppositũ tenet. ⁊ ꝓbat̃ seq̃la. nã vel eadẽ significatiõe ly currit significat aliquid ⁊ aliqualiter vl̃ diuersis ⁊ loquor de ſ̄catione actiua ĩ mente non ſ̄m q: vel ille essent totales vel ꝑtiales si totales caderet equiuocatio in mente in ſ̄ando naturalit̃ proprie vt facile est deducere qđ nõ solet ꝯcedi si ꝑtiales hr̃ seq̃la aũi. si verovnica cũ sit copula hꝰ mentalis sof currit q: non vr̃ quid aliud sit copula preter ly currit ſ̄cabit vnitiue ⁊ ꝑ cõsequẽs aliqualiter ⁊ cũ sit predicatuz ſ̄ans tm̃ sicut ly currẽs vt notũ ẽ signi

ficabit aliquid quod erat probandu3 Et si dicas (cum non sit alia euasio) ꝙ quemadmodum nõ significat aliquid nec aliqualiter sed aliqua ⁊ aliqualiter copulatum ita nec est copula nec predicatum sed copula et predicatu3 copulati3 habebitur tũc propositõ cathegorica mentalis vltimata sine copula ⁊ etia3 sine predicatio quod est ꝑmo absurdus: quare dico ly currit significare aliquid ⁊ aliqualiter cõplexiue ⁊ diuisiue vnica significatione incomplexa ⁊ vniuoca alia tamẽ ⁊ alia ratione seu modo significandi. ⁊ si queras de tali ratione vel modo significãdi. dico nil aliud est talis diuersa rationi si talis terminus inꝗ̃tum copula significans aliqualiter: inꝗ̃tum p̃dicatum significans aliquid: et ita in similibus dicendum est.

Mouentur quedam dubia.

¶ Prio dubitatur an ly sortes in ista sortes ymaginarie est asinꝰ significet asinum ⁊ si sic qualiter et quomodo.

¶ Respondetur ad hoc dubium affirmatiue quoniam ly sortes in predicta propositione pro asino ⁊ pro qualibet re mundi supponit ergo significat asinum postꝗ̃ supponere est inferius ad ly significare. ¶ Et quando vlterius queris qualiter significat ibidẽ asinũ Respondetur ꝙ si talis ꝓpositio fuerit in voce vel in scripto significat ad placitum ⁊ si in mente significat naturaliter ꝓprie: sed hoc debet intelligi semper significatione respectiua ⁊ nõ absoluta prouemente propter habitudinem in ordine ad talem copula3 ymaginarie est. Ideo consequenter ad communem modum loquendi ponit̃ hec regula. Quilibet terminꝰ positus mediante illa copula ymaginarie significat et etiam supponit pro qualibet re mundi saltem significatione et suppositiõe respectiua. ¶ Ex isto correlarie sequitur ꝙ est aliqua propositio mere vniuersalis que nõ potest habere aliquam singularem ei correspõdentem patet de ista omnis homo ymaginarie est asinus: quoniam ista propositio sortes ymaginarie est asinus non est propositio singularis nec similiter hec iste homo ymaginarie est asinus.

Secundo dubitatur capiendo

istud aggregatum mentale, homo est animal cuius prima pars est in intellectu sortis: secũda in itellectu platonis: tertia in intellectu ciceronis. An tale aggregatum sit significare ⁊ representans hominem esse animal.

¶ Respondetur breuiter ꝙ sic ⁊ quamuis nulli vni potentie cognitiue illud aggregatum representet pluribus tñ potentiis cognitiuis aliquid aliqua ⁊ aliqualiter representat modo ly potẽtie cognitiue in diffinitiõe de ly significare absoluitur a numero multa dubia possent moueri que reliquẽtur ingeniosis iuuenibus breuitatis causa.

Cõsequẽter seqt̃ diuisio de

ly significare. Significare diuidit̃ sic in prima sua diuisiõe quoddã est significare naturaliter quoddam est significare ad placitum: vnde naturaliter significare est apud oẽs potentias cognitiuas vel seclusa quacunꝗ̃ impositione formali aut virtuali representare ⁊ tale est significare naturaliter est multiplex quia quoddam est significare naturaliter ꝓprie et quoddã significare naturaliter cõmuniter: ⁊ quoddam significare naturaliter ex instinctu nature. Significare naturaliter ꝓprie est representare mediante se et nõ mediante alio termino. Et de isto ponitur regula ꝙ soli termini mentales et omnes tales dicuntur naturaliter proprie significare: verbi gratia. notitia omniũ hominum representat naturaliter proprie omnes homines quia dato ꝙ illa notitia maneret seso

la in mente secluso omni alio termio
adhuc representaret omnes homines
Ideo dicitur representare non mediā
te alio Sed termini vocales ⁊ scripti
sant mediantibus terminis mentali=
bus quibus subordinantur in signifi=
cando. Et ideo soli termini mentales
dicuntur formaliter immediate ⁊ na=
turaliter ꝑprie representare.

Significare naturaliter cō=
muniter ē significare se adequate cau
sando notitiam adequatam sui ⁊ sic q̄
libet res mundi significat se naturali
ter communiter. ¶ Significare natu
raliter ex instinctu nature est significare
care ex instinctu proueniente a natu=
ra exemplum: vt gemitus infirmorum
significat dolorem ex instinctu natu=
re similiter latratus canum.

Ad placitum significare est
significare non idem apud omnes et
tale est multiplex scilicet significare
ex similitudine seu ad placituz impro
prie ⁊ significare ex consuetudine. Et
significare ad placitum proprie.
¶ Significare ad placitum ex simili
tudine est significare aliquam rem ꝓ
pter similitudinem repertam inter il=
lam rem: et aliam rem quam proprie
representat. et isto modo ymago her=
culis representat herculem ex simili=
tudine. ⁊ quilibet terminus vocalis:
significat terminos sibi similes ⁊ sino
nimos ex similitudine. vt iste termi⁹
homo significat omnes alios termi=
nos sibi synonimos hoc modo.
¶ Significare ex consuetudine est si=
gnificare propter aliquam consuetu=
dinem approbatam, vt circulus ante
tabernam significat vinum esse vena
le ⁊ pulsus in collegijs representat eū
dum esse ad lectionem.

Significare ad placituz sup
ple proprie est significare ex impositō
ne voluntaria alicuius habentis au=
ctoritatem. exemplum. vt iste termin⁹
vocalis homo significat oēs homīes
ad placitum proprie quia significat ip
sos ex impositione voluntaria ¶ Ali
quis habens auctoritatem imponen=
di voluit ꝙ ly homo significaret om=
nes homines ⁊ ita acceptatum. Ideo
significat ad placitum ⁊ hoc impositi
one primaria. Sed impositione secun
daria significat homines pictos pro=
pter similitudinem quam habent cuz
hominibus viuis.

Contra istis diuisiones pre
dictas de ly significare istatur, sic idē
terminus significat naturaliter ⁊ ad
placituz ergo membra diuisionis nō
sunt opposita antecedēs probatur de
illa voce homo que significat seipam
naturaliter. ⁊ ad placitum omnes ho
mines.

Forte dices et bene hoc nō
inconuenit quādo illa significata sūt
diuersa. Cōtra ista vox ens significat
seipsam naturaliter ⁊ significat etiam
seipsam ad placitum ꝑprie quia impo
nebatur ad omne ens mundi repre=
sentare ⁊ ipsamet est vnum ens: igit
idem terminus significat idem signifi
catū naturaliter ⁊ ad placituz. ¶ Ad
ditio. ¶ Dices hoc totū non incon=
uenit quādo illud significant est ei⁹ si=
gnificandū inadequatū sed incōuenit
ꝙ idem terminus significet idem sca=
tum naturaliter et ad placitum. ⁊ hoc
significatione adequata. Unde signifi
care aliquam rem adequate est signifi
care illam rem ⁊ nil aliud ab illa.
¶ Sed significare inadequate aliqd
est illud significare ⁊ cum hoc aliquid
vltra. ¶ Contra. Naturalis simili=
tudo omnium hominum representat
omnes homines naturaliter. et si ea=
dem naturalis similitudo esset impo=
sita ad significandum omnes homīes
significaret eos ad placitum ergo ha
betur ꝙ idē terminus significaret idē

adequate naturaliter & ad placitum. ¶ Si hoc totum concedas & bene scilicet quod non inconuenit eundem terminum representare idem adequate naturaliter: & ad placitum: sed hoc est diuersis rationibus modo membra diuisionis bone debent solum esse opposita relatiue sic quod non verificentur de eodem secundum eandem rationem. ¶ Contra hoc replicatur quoniam bene sequitur iste terminus significat naturaliter hoc significet. tum ergo representat illud apud omnes. Et bene sequitur iste terminus significat hoc significatum a d placitum: ergo non representat illud apud homines tenet vtraque consequentia a diffinito ad diffinitionem modo illud implicat contradictionem.

Ad hoc argumentum dicitur sicut inter arguendum responsum est vsque ad vltimam replicam ad quam dico negando hanc consequentiam iste terminus significat hoc significatum ad placitum ergo non representat illud apud omnes sed oportet sic inferre: ergo non representat illud apud omnes secundum illam rationem secundum quam representat ad placitum. ¶ Additio. ¶ Et regulariter quando fiunt tales consequentie nitentes implicare: contradictionem in quibus arguitur a terminis oppositis relatiue in vna consequentia ad suam diffinitionem affirmatiue in alia vero negatiue semper neganda est consequentia in qua pro consequente infertur diffinitio in propositione negatiua nisi sumatur cum aliqua restrictione dicit solutio replice.

Dubitaret aliquis an concceptus omnium hominum posset imponi ad significandum ad placitum omnes homines. ¶ Respondetur breuiter quod sic. Pro quo aduerte quod tripliciter contingit terminum imponi ad significandum ad significandum aliquid vno modo ad significandum aliquid de nouo quod ante non significabat. Secundo modo quando imponitur ad significandum aliquo modo quo prius non significabat vt in proposito contingit de noticia omnium hominum. ¶ Tertio modo contigit quando imponitur ad significandum coram aliquibus quibus prius non significabat vt iste terminus homo imponeretur ad significandum omnes homines apud grecos.

Principaliter arguitur secundo ¶ Si aliquis terminus significaret naturaliter maxime esset noticia in anima platonis sed hoc non igitur minor probatur quia talis noticia non representat idem apud omnes: cum talis non sit apud omnes homines. ¶ Ad istud breuiter respondetur quod representare idem apud omnes nihil aliud est quam taliter se habere quod si talis terminus in quacunque potentia cognitiua poneretur et a quocunque apprehenderetur illud representaret: modo sic est de noticia omnium hominum quod in quacunque potentia cognitiua poneretur representaret illi omnes homines & etiam seipsam non est ita de ista voce homo in significando omnes homines: quoniam non apud quecunque apprehendentem & audientem illam vocem representat omnes homines. Sed queritur. An si noticia que est in intellectu platonis poneretur in bruto illi representaret idem quod representat platoni. Dico primo quod casus est supernaturalis ipso tamen admisso. ¶ Respondetur quod non quoniam inter talem noticiam & potentiam cognitiuam bruti non est debita habitudo & proportio requisita ad hoc quod representet istud latius discutietur in materia noticiarum.

Tertio principaliter arguitur. capio istud aggregatum homo vel asinus cuius prima pars est in mente residuum in voce tale aggregatum in significando hominem & asinum de sua significatione totali est significare vt notum est: & tamen secundum talem significationem non representat naturaliter nec etiam ad placitum ergo diuisio data est insufficiens.

¶ Respondetur quod argumentum
bene probat ꝙ aliquis terminus bene
significat aliqua ⁊ tamen non signifi=
cat illa naturaliter neqꝫ illa ad placi
tum nec hoc inconuenit vt claret de
ista voce homo que representat seipā͂z
et omnes homines: tamen vnuz natu
raliter ⁊ aliud ad placitum ita ē de il
lo aggregato in argumēto assumpto
quod ratione vnius partis significat
naturaliter ratione alterius ad placi
tum nec hoc arguit diuisionez esse in
sufficientem. ¶ Additio.

¶ Nolo tamen concedere illud signi=
ficare siue tale aggregatū esse terim
logicalem maior enim differentia est
inter ly homo in mente ⁊ ly asinus in
voce q̄ inter duos terminos vocales
quorum vnus est parisius ⁊ alter ro-
me ex quibus cum ly vel nō potest cō
stitui vnus terminus logicalis in ta=
li ꝓpositione quare minus ex aliīs ēt
propter dispositionem subiectorum.

Quarto principaliter argui

tur ymago herculis ad extra signifi=
cat ipsum herculem vt notum est ⁊ ta
men non representat ipsum naturali=
ter nec ad placitum: igitur diuisio da
ta de ly significare insufficiens proba
tur minor: ⁊ primo ꝙ ymago illa non
representet herculem naturaliter q̇a
non apud quemcunqꝫ apprehendentē
illam ymaginem illa ymago facit ve
nire in notitiam herculis. ¶ Tum eti
am si destruerentur illa lineatio illi⁹
rei que est ymago herculis nō āplius
representaret herculem ergo non rep̄
sentat ipsum naturaliter tenet conse=
quētia quia quicquid aliquis termin⁹
representat naturaliter q̄diu manet
in reruz natura semper representat il
lud ⁊ ꝙ non representet herculem ad
placitum probatur quia talis ymago
non fuit imposita ad significanduz ip
sum herculem ergo non significat ipz
ad placitum.

Simili modo posset iquiri

⁊ argui de isto termino scripto homo
qualiter significat omnes terminos si
bi synonimos.

Ad hoc argumentuz breui

ter respondetur ponendo hanc regu
lam. Quelibet ymago significat omē
id cuius est ymago ad placitum ipro
prie ex similitudine ⁊ nō naturaliter.
¶ Et simili modo quilibet terminus
representat terminos sibi synonimos
Et quando dicis talis ymago nō fuit
imposita ad significandum herculem
distingo vel impositione formali ⁊ pri
maria et sic concedo vel impositione
equiualenti et secundaria ⁊ sic nego.
Unde ex consuetudine hominum ta=
lis ymago significat herculem ⁊ illa
consuetudo hominum equiualet im=
positioni.

Quinto principaliter argui

tur contra diffinitionem de ly signifi
care ad placitum ⁊ hoc sic volo ꝙ ista
litera a imponatur ab aliquo haben=
te auctoritatem sub tali conditione ꝙ
si pr̄ia propositio prolata a sorte sit ve
ra illa littera .a. significabit sortem: q̄
facto proferat sortes illam propositio
nem et non aliam .a. non significabit
sortem Tunc queritur vel ly a. signifi
cabit sortem ex tali impositione vel si
significabit. Si dicatur primum sequi
tur ꝙ propositio quā profert sortes q̄
precise significat ꝙ .a. nō significabit
sortem est falsa ⁊ ita prima propositō
prolata .a. sorte non est vera et per cō
sequens ly .a. ex impositione facta nō
significabit sortez. ¶ Si forte dicatur
propter argumentum ꝙ ly .a. in casu
non significabit sortem. ¶ Contra ex
illo sequitur propositionem prolataz
a sorte esse veram quia precise signifi
cat illa propositio ꝙ .a. non significa=
bit sortem ⁊ ex illo habetur ꝙ a. signi
ficabit sortez postq̄ imponebatur sub

tali conditione ⁊ ad impletur conditio igitur. Similimodo potest argui de multis casibus reflexiuis quos omitto breuitatis causa vsq; ad materiam insolubilium.

Ad hoc argumentuʒ respõdetur primo notando generaliter qđ multiplex potest fieri impositio termini ad significandum. ¶ Additio.

¶ Unde impositio est actus voluntatis per quē terminus imponitur ad significandum ⁊ bifariam partit: quedam est impositio sufficiens ⁊ ad talē requirūtur duo: scʒ ꝙ fiat ad habente auctoritatem ⁊ ꝙ recipiatur apud illos apud quos fit illa impositio et talis impõ sufficiēs: est duplex. Quedā est absoluta et cathegorica vt si aliquis habēs auctoritatem imponat ly a/ad significandū sortem qualitercūq; ⁊ pro omni tpe. Alia est impõ sufficiens ꝯditionata tm̄ ⁊ dependēs: exēplum vt si aliquis habēs auctoritatē imponeret ly a: ad significandū sorteʒ sub hac ꝯditiõe ⁊ nõ aliter: puta si sortes tangat pillare tunc ly a. nõ significaret sortem nisi adimpleta illa conditione inclusa in ĩpositione. Alia est impõ sufficiēs ⁊ est illa scʒ ex qua terminus nõ dicitur esse significatiuus: ⁊ aliqua talis est insufficiens qr diminuta quando scʒ nõ determinatur tēpus nec locus nec qđ nec qualiter terminus debet significare: vt si aliquis imponeret ly a/ad significandu n solum vnum hominē non determinādo illum talis impositio esset insufficiens ⁊ diminuta. Alia est impositio insufficiens conditionata: quādo scilicet in tali conditione includitur cõditio aliqua impossibilis vel repugnās impositioni vt si imponeret ly a. ad significandum sortem sub tali conditione ꝙ si sortes esset asinus significaret ipm et non aliter vel sub tali conditione si ly a. nullum hominē significet significabit sortem ⁊ non aliter: prima conditio est impossibilis ⁊ scđa conditio licet sit possibilis repugnat tm̄ impositioni. Et isto notato facile est respondere ad argumentū casu admisso negando ꝙ ly a: significet sortem ad placitum qm̄ impositio illa quā imponit est conditionata ⁊ est sufficiens includens in se vnā conditionem reflexiuā repugnātē impositioni ⁊ significationi/⁊ ita respõdere posses ad multa talia similia reflexiua argumenta.

Dimissis argumentis breuitatis causa mouetur alique dubitationes. Primo dubitatur qualiter fuit primus terminus impositus ⁊ a quo manifestū est ꝙ non fuit in processu in infinitum impositione terminorum.

Ad hoc dubium respondetur ꝙ adā primus parēs fuit primus impositor terminoruʒ qm̄ scribitur in libro genesis adduxit deus coram eū singula aīalia ⁊ volatilia celi ⁊ vnicuiq; imponebat supple adam nomē suū. Et qñ queris qualiter imponebat dico ꝙ cuʒ nutibus ⁊ signis scʒ proferēdo sepe seu multotiens illum terminū homo ⁊ demõstrando suo digito vnū hominem ⁊ ita cõiter ostendunt ydiomato ignorantibus Sed difficultas est qualiter imponebātur sincathegoreumata ad representandum aliqualiter dico ꝙ per solem adiunctionem ⁊ per multiplicem repetitionem eorum cum terminis cathegoreumatico imponebantur sincathegoreumata. Ex isto sequitur ꝙ termini cathegoreumatici prius imponebatur q̄ termini sincathegoreumatici.

Dubitetur secundo quare voces ⁊ scripture sunt magis ⁊ citius imposite ad significandum quam alie res ad extra.

Ad hoc dico quod causa est quia voces et scripte sunt magis ĩ no

stro imperio: quia cōmodius per voces ꝛ scripturas mentis conceptū ex primimus ꝙ per ceteras res ac extra iuxta sententiam Philosophi in primo Elēchorū res nobiscum ad disputationez terre non possumus ideo nominibus pro rebus vtimur.

¶ **Tertio dubitatur vtrum** aliquis terminus significans aliquid vel aliqua possit cadere a sua significatione qua representat illa ipso manente termino in rerum natura.

¶ Respondet per duas propositiōes. Prima terminus materialiter significans nō potest cadere a tali significatione qua sic ficat ipso manente termino in rerū natura hoc ꝓbatur sic qm̄ talis termin⁹ nō habet ab aliquo extrinseco vt taliter significet sed solum ex sua propria natura. Secunda propositio termin⁹ ad placituz significās potest cadere a tali significatione qua significat ad placitū hoc probari potest postꝙ terminus habebat extrinseco scz a voluntaria impositione alicuius vel pluriū vel a tali dispositiōe suarum partiū vt taliter significet ad placitum modo talis termin⁹ potest aliter disponi secundum suas partes vel voluntarie deponi a tali significatione ab eodem vel alio habēte auctoritatem multa possunt fieri argumenta contra primam ꝓpositionem q̄ nūc relinquūtur inferius discutiēda et ab ingeniosis iuuenibus disputanda.

Ultimo dubitatur an naturalis similitudo illius vocis homo significet homines etsi sic qualiter. Respondetur breuiter ꝙ talis similitudo significat homines ad placituz ꝓprie quoniam ab eodem a quo imponebatur illa vox homo ad representanduz oēs homines ab eodem imponebatur naturalis similitudo talis vocis ad sic significanduz. Ex isto sequitur correlarie ꝙ quilibet terminus mentalis non vltimatus: vt in pluuium significat ad placitum proprie et etiaz naturaliter proprie istud est facile declarare intelligenti: et hec breuitatis causa de materia de significare sufficient.

¶ **Consequēter ponuntur** alique parue ꝛ breues diuisiōes terminorum logicalium conducentes maxime ad totam logices intelligentiā Quarum prima est hec Terminoruz supple logicaliū alius mētalis: alius vocalis ꝛ alius scriptus: hoc est dicere ꝙ oīs terminus logicalis est mētalis aut vocalis aut scriptus. Huius diuisionis diuisum est illa dictio terminus logicalis ꝛ quelibz alia dictio singularis numeri sibi synonima. Et sumitur hic ly terminus logicalis illo modo quo sumebat̄ prout erat diffinitum illius diffinitionis signū ponibile in propositione cōsueta ꝛc. diceret aliquis ergo eiusdē diuisionis plura sunt diuisa sequela patet: quia quelibet talis dictio terminus logicalis siue fuerit in voce siue i scripto siue in mente est diuisum predicte diuisiōis.

¶ Ad hoc respōdetur concedendo illatum nec inconuenit ꝙ eiusdem diuisionis plura sint diuisa donec illa sint synonima vel cōuertibilia secus est si nō essent synonima vel conuertibilia.

Sed tunc consequenter dubitaret aliquis de veritate istius propositionis terminus vocalis est diuisum dicte diuisionis ꝛ similiter huius terminus scriptus est diuisum huius diuisionis. Respondetur quālibet talem ꝓpositionem esse distinguendam quia vel subiecta in illis capiūtur materialiter ꝛ nō significatiue ꝛ tunc tales propositiones sunt false: quia sensus prime est ꝙ tale aggregatum terminus vocalis est diuisum dicte diuisionis: sensus secūde est ꝙ hoc aggregatum terminus scriptus est diuisum

dicte diuisionis: modo iste sensus est falsus quoniam tunc mēbra diuidentia excederent diuisum: vel in illis ꝓpositionibus subiecta capiuntur significatiue ꝛ personaliter ꝛ tunc ille propositiones sunt vere facientes hūc sensum aliquid quod est terminus vocalis est diuisum dicte diuisionis et aliquid qđ est terminus scriptus est diuisum dicte diuisionis et hoc totum est verum patet de ista dictione termin⁹ sumpta in voce. Similiter de illa dictione terminus sumpta in scripto ita simili modo distinguēda venit illa ꝓpositio nō terminus est diuisum dicte diuisionis.

Sed vlterius dubitaret aliquis in hec dictio termini logicales sumpta in numero plurali sit diuisum dicte diuisionis. ¶ Respondetur breuiter ꝙ non demonstratis duob⁹: vel tribus terminis quorum vnus est vocalis alius scriptus alius mētalis ista le aggregatum eēt termini logicales tamen tale aggregatum non esset vocalis nec scriptus nec mentalis terminus et ita diuisum excederet membra diuidentia.

Maneat igitur hoc propositio sufficienter probata, scilicet ꝙ sola hec dictio termin⁹ logicalis: ꝛ quelibet sibi synonima sumpta ī numero singulari est diuisum predicte diuisionis qm̄ sic intelligendo predicta diuisio est bona ꝛ sufficiens: quia illi conueniunt conditiones requisite ad bonam diuisionē prius declarate in prima parte nostri Epithomatis.

Sed contra hanc diuisionez ꝛ eius bonitatem arguitur duplici argumento volēdo probare diuisum excedere membra diuidentia ꝛ hoc primo arguitur sic: illa res que est deus est terminus quoniam representat sibi ipsi tantum sicut quicūq̧ terminus vel quecunq̧ propositio. Ideo solent logici concedere ipsum esse propositionem increatam: ꝛ tamen nō est terminus vocalis cum non possit percipi a corporali auditu nec scriptus cuz nō sit visibilis oculo corporali nec terminus mentalis: quia non est qualitas inherens potentie cognitiue igitur diuisum de aliquo verificatur de quo nullum membrum diuidens est verificabile.

Similimodo argui posset de vno angelo supposito ꝙ sit imposit⁹ ad significandum omnes homines ab aliquo habente auctoritatem.

¶ Ad hoc argumentum respondetur negando ꝙ illa res que est deus vel angelus in casu posito sit termin⁹ supple logicalis et hoc capiendo ly terminus prout est diuisum predicte diuisionis quoniam vt sic solum tale dicitur terminus quod est signum ponibile in propositione cōsueta tanq̄ pars eius propinqua modo illa res que est deus vel angelus non est signum ponibile in propositione consueta apud logicos nec volo alio modo loqui de termino logicali quoniaz non conducit ad logicum.

¶ Arguitur secundo capio illud aggregatum homo est animal cuius terminus primus est in voce secundus in scripto tertius in mente tale aggregatum non est terminus vocalis nec terminus scriptus nec terminus mentalis vt notū est tamē tale aggregatuz est terminus logicalis puta terminus cōplexus ꝛ propositio significās hominem esse animal igitur semp hꝫ ꝙ diuisuz predicte diuisionis excedit membra diuidentia.

¶ Ad hoc argm̄ respondeꝫ negādo ꝙ tale aggregatū sit termin⁹ logicalis qꝛ nō est termin⁹ incōplexus vt notū est: nec complexus qm̄ partes ille nō habet adinuicē debitam connexionez qꝛ nō video q̄ cōnectio posset eē inter

terminum vocalem scriptum et mentalem et ita tale aggregatum non est vnus terminus logicalis: sed plures termini sicut hoc aggregatum homo asinus Si non placet hec solutio dic aliter scilicet ꝙ diuisum predicte diuisionis est hoc totum terminus logicalis incomplexus. ¶ Ex toto isto correlarie sequitur quosdam modernos superfluos esse ponendo in suis terminis vltra predicta tria membra: quartum membrum scilicet terminus mixtus et aliqui superaddunt quintum .s. terminum. a. sed hoc reputo non vtile nec docile Sed generare citius cōfusionem cum frustra fit per plura quod fieri bene eque possit per pauciora.

Consequenter ponūtur diffinitiones predictorum membrorum diuisionis supradicte. Terminus vocalis est terminus qui ab auditu corporali ꝑcipi p̄t Terīꝰ scp̄tꝰ ē terīꝰ qui a visu corporali ꝑcipi potest. Terminus mentalis est qualitas nata inherere potentie cognitiue ⁊ illi aliquid: vel aliqua: vel aliqualiter immediate ⁊ formaliter representare. ¶ Et omnis talis vel est conceptus: ⁊ tunc dicitur naturalis similitudo alicuius rei vel aliquarum rerum vel est actus sincathegoreumaticus cuiusmodi est ly omnis in mente: vel est aggregatū ex actu et conceptu. ¶ Dixi notanter nata inherere potentie cognitiue quoniam non requiritur ad dici terminū mentalem ꝙ actualiter inhereat potētie cognitiue quia si deus caperet visionem que est in oculo meo et poneret in lapide vel in aere sic ꝙ non maneret in aliqua potentia cognitiua adhuc talis qualitas diceretur terminꝰ mentalis eo ꝙ in potentia propinqua nata est immediate ⁊ formaliter rep̄sentare aliquid alicui potentie cognitiue. ¶ Sed queret aliquis an in tali casu talis qualitas esset notica.

¶ Respondetur breuiter ꝙ non esset notitia in illo casu quia ad noticiam requiritur ꝙ actualiter representet alicui potentie cognitiue. Ex isto correlarie sequitur ꝙ q̄uis omnis notitia sit terminus mentalis non tamen oportet ꝙ omnes termini mentales sint notitie. Additio.

¶ Intelligas correlarium de Notitia que est terminus logicalis quoniam iudicium est. Noticia non tamen est terminus cum secundum talem significationem non possit poni in propositione nec est propositio nam tale est in complexum in genere signi et omnis propositio est terminus complexus. Sed de his in his in noticijs ¶ Secundo sequitur correlarie ꝙ q̄uis deus posset producere se solo aliquā qualitatem que est vel potest esse. Notitia non potest tamē se solo producere notitiam in esse noticie sed requiritur cōcursus potentie cognitiue scꝫ tēdēdo in obiectum istud disputando ⁊ legendo declarabitur.

Et probabiliter dubitaret aliquis. An quelibet qualitas inherēs potentie cognitiue debeat dici terminus mentalis. ¶ Respondetur breuiter ꝙ non quelibet quoniam passiōes anime cuiusmodi sunt gaudium ⁊ tristitia et actus volūtatis sicut sunt volitiones ⁊ nolitiones ⁊ similiter habitus ⁊ species que remanent in ip̄a potentia secluso actu et obiecto non sūt termini mentales quoniam non rep̄sentant formaliter et immediate aliquid vel aliqua vel aliqualiter ipsi potentie cognitiue sed solum mediate et instrumentaliter quoniaꝫ in representando subordinantur terminis mētalibus sicut ⁊ vocales et scripti. Et iō ponebatur in diffinitione predicta ipsius termini mentalis illa ꝑticula formaliter ⁊ immediate representans et illud est proprium et soli termino mē-

tali conueniēs. ¶ Sed dices nunqd
illa res que eſt deus eſt terminus mē
talis poſtq̃ repreſentat ſibi ipſi omne
verum. ¶ Reſpōdetur breuiter ꝙ nō
quia nō eſt qualitas nec ponibilis in
propoſitione conſueta tanq̃ pars er=
go non eſt terminus ⁊ per conſequēs
non eſt terminus mentalis.

Contra iſtas diffinitiones

multipliciter arguitur ⁊ primo cōtra
diffinitionem termini mētalis: argui
tur ſic ex illa diffinitione ⁊ eius expli
catione ſequitur ꝙ daretur aliquid ꝙ
eſſet terminus logicalis ſecūdum ali
quam ſignificationem et tamen ſecun
dum illam ſignificationē non eſſet ter
minus vocalis nec ſcriptus/ nec men
talis igitur diuiſio data eſt inſufficiēs
probatur ſequela: ⁊ capio naturalem
ſimilitudinem ſortis in mente et hoc
ſecundum ſignificationem ſecundum
quam ſignificat ſeipſam naturaliter
communiter talis qualitas ſecundū
talem ſignificationem eſt termin⁹ lo=
gicalis vt notum eſt ⁊ tamen non eſt
terminus vocalis nec ſcriptus eo qđ
non poſſet percipi ab aliquo ſenſu cor
poreo vt notum eſt. Et ꝙ non ſit ter=
minus mentalis ſecundum illā ſigni=
ficationem ſecundum quam repreſen
tat ſeipſam probatur: quia non repre
ſentat ſe formaliter et immediate ſed
medietate puta mediāte ſua Noticia
reflexa cui ſubordinatur. quoniam re=
gula infallibilis eſt. Omne ens mun
di alicui alteri ſubordinatur ſecundū
illam rationem ſecūdum quam ſigni=
ficat naturaliter communiter: igitur
habeo illatum veruꝫ: et per cōſequēs
diffinitio termini mentalis data de=
ſtruit bonitatē diuiſionis ſupradicte.

Ad hoc argumentum quod

eſt ſatis difficile reſpōdetur breuiter
per duas propoſitiones. ¶ Prima p=
poſitio. ¶ Conſequenter loquendo ar
gumentum bene probat ꝙ datur ali=
quis terminus logicalis ſignificans
ſecundum aliquam ſignificationem ⁊
tamen ea ratione qua ſignificat ſecun
dum talem ſignificationeꝫ nec eſt ter
minus mentalis: nec vocalis: nec ſcri
ptus: iſta ꝓpoſitio claret de omni ter
mino mentali ſumpto ſecundum illaꝫ
ſignificationem ſecundū quam repre=
ſentat ſe naturaliter communiter.
¶ Et ſimiliter claret illud ideꝫ de na
turali ſimilitudine illius vocis homo
ſumpta ſecundum illam ſignificatio=
nem ſecundum quam ſignificat om̄es
homines ad placitum proprie.

¶ Propoſitio ſecunda cuꝫ
predictis ſtat quod nō eſt dabilis ter
minus logicalis quin talis ſit termi=
nus mentalis vocalis vel ſcript⁹ q̄m
licet naturalis ſimilitudo ſortis inſi=
gnificando ſeipſam non eſt terminus
mentalis (non eſt o in appellatione)
eſt tamen terminus mentalis in repre
ſentando ſortem naturaliter proprie
⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ p̄dicta diuiſio
ſit ſufficiens.

¶ Contra iſta replicatur ta
lis naturalis ſimilitudo ſortis non re
preſentat ſortem naturaliter proprie.
ergo nullomodo eſt terminus menta
lis ſecundum aliquam ſuam ſignifica
tionem tenet: conſequentia probatur
antecedens: quoniam ſi repreſentaret
ſortem naturaliter proprie hoc maxi
me eſſet: quia eſt naturalis ſimilitu=
do ipſius ſortis: quia nulla videtur a
lia cauſa dabilis ſed hoc non: quoniā
tunc ſequeretur quod illa res que eſt
ſortes ſimili ratione debet repreſen=
tare illam qualitateꝫ: que eſt eius na
turalis ſimilitudo. Quia quemadmo
dum illa qualitas eſt naturalis ſimi=
litudo ſortes et illi ſimilis ita etiam
ſortes eſt naturalis ſimilitudo illius
notitie et illi ſimilis quoniam ſi a. eſt
ſimile b. econuerſo b. eſt ſimile a.

¶ Ad hanc replicam potest vno modo dici quod talis causa: quare illa qualitas representat sortem naturaliter proprie non est: quia est naturalis similitudo sortis licet illa sit bene vna partialis causa: sed causa precipua est: quia illa qualitas habet hoc ex sua propria natura sicut homo habet ex sua propria natura quod sit risibilis. ¶ Additio. ¶ Aliomodo potest dici concedendo quod tota causa quare hec notitia est representatiua sortis naturaliter proprie est quia est eius naturalis similitudo intentionalis non autem linealis. Et quando infertur si a. est simile b. b. est simile a. distinguo consequentiam: si loquaris de similitudine intentionali nego si vero loquaris de similitudine lineali: seu protractatiua concedo consequentiam vnde esse naturalis similitudo intentionalis alicuius rei nil aliud est quam representare illam rem naturaliter proprie.

Arguitur secundo contra diffinitionem termini scripti si diffinitio termini scripti alicui conueniret maxime esset huic termino homo scripto attramento in libro: sed hoc non igitur probatur minor quoniam talis terminus scriptus homo non est perceptibilis visu ab oculo corporali: quia solus color est obiectum visus est res visibilis modo ille terminus scriptus non est color: sed substantia quia nichil est aliud quam attramentum sic dispositum.

Ad hoc argumentum respondetur quod quamuis ille terminus homo qui est substantia non sit perceptibilis immediate ab oculo corporali est tamen perceptibilis mediate modo quamuis obiectum immediatum visus sit color/obiectum tamen mediatum est res colorata. ¶ Ex isto sequitur correlarium notandum quod vbicumque datur aliquis terminus scriptus ibi necessario naturaliter loquendo erunt duo termini scripti synonimi specie differentes quorum vnus inheret alteri hoc correlarium probatur de vno et similis ratio est de omnibus quoniam illo termino scripto homo est attramentum sic dispositum quod est substantia et terminus logicalis et illi substantie inheret sua nigredo que est terminus logicalis: quoniam similimodo disponitur literaliter et syllabaliter sicut attramentum igitur correlarium verum.

Arguitur tertio et hoc contra diffinitionem datam termini vocalis nullus est terminus vocalis: ergo diffinitio illa presupponit falsum: antecedens probatur: si aliquis esset maxime esset illa vox homo: sed illud probatur esse falsum: quoniam illa vox homo in nullo tempore est: quia non in tempore prolationis prime syllabe nec in tempore in quo profertur eius secunda syllaba: nec in aliquo alio tempore, postquam non est talis vox sine suis partibus igitur. ¶ Si forte dicatur tota illa vox homo est in instanti continuatiuo partium temporis in quo ipsa profertur ipsa.

Contra istud arguitur posito quod prima syllaba proferatur in prima medietate alicuius hore et secunda syllaba in secunda medietate eiusdem hore: tunc totus ille terminus homo esset in instanti medio hore/ illud tamen probatur falsum: primo quia nulla syllaba illius termini est in illo instanti. Secundo talis terminus vocalis est res successiua et nulla talis potest esse in instanti sed solum in aliquo toto tempore. ¶ Si forte iterum dicetur quod talis terminus vocalis non est in aliquo instanti nec in tempore adequato prolationis prime syllabe: nec etiam in tempore in quo adequate profertur secunda syllaba: sed in toto tempore in quo

proferuntur ambe eius ſyllabe.

Contra illud arguitur probãdo ꝙ talis terminus vocalis ſit in illo tempore ⁊ in illo tempore in quo profertur prima eius ſyllaba poſito caſu ꝙ ſortes ⁊ plato inequaliter diſtent ab aliquo proferente talem vocẽ et ſortes minus diſtaret ⁊ plato magis tunc ſortes percipit illam vocem anteq̃ percipiat plato ⁊ eadem ratione primam ſyllabam citius percipiet ſortes q̃ plato ⁊ etiam citius ſecundam ſyllabam: ergo poſſunt taliter inequaliter diſtare a proferente ꝙ in eodem tempore in quo ſortes percipiet primam in eodem tempore: ⁊ tunc in illo tempore erit totus terminus vocalis et illud eſt tempus adequatum prolationis vtriuſq̃ ſyllabe igitur.

¶ Ad hoc argumentum in quo inquiritur quando verum eſt dicere terminum vocalem eſſe dico ſicut inter arguendum dicebatur: ſcilicet ꝙ terminus vocalis eſt in illo tẽpore ⁊ pro illo tempore adequato ſue prolationis. Tempus adequatum ſue prolationis dicit̃ illud tempus in cuiꝰ qualibet parte aliqua pars talis termini profertur ⁊ quelibet pars talis termini in aliqua parte talis temporis profertur.

¶ Ad replicam vltimam conceditur eſſe poſſibile ꝙ ſortes ⁊ plato ſic inequaliter diſtent a proferente talem vocem homo ⁊ ꝙ quãdo plato percipiet primã ſyllabam ſortes percipiet ſecundam. ſed tales erunt ſyllabe diuerſarum talium dictionum ⁊ vocum homo: ⁊ ita conceditur hoc correlarium. Sicut nõ põt dari terminꝰ mentalis conſuetus quin ſimul ſint infiniti termini ſecũ ſynonimi puta ſue partes nec etiã eſt dabilis ſcriptus terminus cõſuetꝰ quin ſimul ſint infiniti termini ſcripti partiales ſynonimi cũ illo: ita ſimilimodo non poteſt dari terminus vocalis quin etiã ſunt infiniti termini partiales vocales et ſynonimi cum tali termino vocali iſtud eſt ſatis ingenioſum ⁊ verum.

Sed dubitaret aliquis difficulter: aliquo proferente illam vocem homo et alio audiente illam vocem. Quero qñ verũ eſt dicere ꝙ illa noticia auditiua ⁊ ſenſitiua exterior illiꝰ vocis ſeu termini vocalis eſt nõ poſſes dicere ꝙ in iſtanti initiatiuo vel terminatiuo nec in aliquo alio inſtanti intrinſeco illi es totis tpis ꝓlationis: qm̃ ſm̃ dicta talis vox nõ ẽ ꝓ aliquo tali inſtãti: ⁊ per ꝯñs ipſius ꝓ tũc nõ habetur noticia ſenſitiua exterior q2 alias haberetur noticia intuitiua de obiecto abſente. Si dicas ꝙ talis noticia auditiua illius vocis eſt in toto tempore ꝓlatiõis illius vocis ⁊ non in aliquo inſtanti illius tẽporis.

Contra data quacunq̃ parte illius totiꝰ ꝓlatiõis adhuc aliqua pars dicte vocis ꝓ tũc nõ eſt ſed preterita vel futura: ergo in nulla pte tẽporis illius totius ꝓlationis habebitur noticia auditiua illius totius termini vocalis ⁊ p ꝯñs nec in toto illo tpe ꝓlatiõis alias haberetur ꝙ aliqd eẽt in aliquo toto tpe ⁊ tñ nõ eſſet in aliqua pte illiꝰ tpis nec in aliquo inſtanti cõcedere illud eſt oĩno inymaginabile ⁊ nõ intelligibile. ¶ Ad hoc dubiũ ſatis difficile ⁊ igenioſũ ꝓ nũc nõ rñdeo ſed remitto ad materiam notitiarũ. ¶ Secũda diuiſio ſit hec terminorũ mẽtaliũ quidã eſt terminꝰ mẽtalis vltimatus et quidam dicit̃ terminus mentalis non vltimatus ⁊ quidam eſt terminus mixtus. Diuiſum huius diuiſionis eſt hoc totum terminus mentalis ⁊ hoc ſumendo communiter pro omni termino mentali ſiue complexo ſiue incõplexo. Ita ꝙ volo dicere ꝙ oĩs terminus mẽtalis ſiue ſit

incomplexus siue complexus est terminus mentalis vltimatus vel terminus mentalis non vltimatus aut mixtus ex illis.

Terminus mētalis vltimatus sic diffinitur. Est naturalis similitudo rei vel rerum ad extra: vel est actus sincathegoreumaticꝰ representans solum aliqualiter exemplum prime partis vt naturalis similitudo sortis dicitur terminus vltimatus mentalis. Exemplum secūde partis vt ly est in hac mētali homo est animal: voco rem ad extra rem que non est terminus logicalis.

Terminus mentalis nō vltimatus est naturalis similitudo distincta et adequata alicuius termini logicalis. et hoc capiendo terminum logicalem pro omni signo siue significatiuo siue non significatiuo ponibili in propositione consueta tanq̃ pars eius propinqua exemplum vt naturalis similitudo illius vocis homo: similiter naturalis similitudo illius vocis buf vel illius littere a, dicūtur termini mentales non vltimati. Unde quādo profero ly homo aliquis audiens format duos terminos mētales quorum vnus est naturalis similitudo illius vocis. et talis dicitur terminus non vltimatus. et alius terminus mētalis quem forma est vltimatus. quia est naturalis similitudo omnium hominum. Dixi notanter naturalis similitudo distincta et adequata termini logicalis quoniam naturalis similitudo omnium entium non est terminus mentalis non vltimatus sed vltimatus: quoniam licet sit naturalis similitudo termini logicalis puta sui ipsius et cuiuslibet entis non est tamen distincta ⁊ adequata similitudo termini sed cum hoc est similitudo rei ad extra que non est terminus.

¶ **Sed terminus mentalis** mixtus vȝ ille q̇ est cōpositus ex pluribus partibus quarum vna est terminus mētalis vltimatus ⁊ alia est terminus mētalis nō vltimatus exēplū est de hoc toto sumpto in mente. ly hō est ly aīal. Ex istis dictis sequit̄ correlaria primū correlariū. Terminus non ideo vȝ vltimatus: q₂ vltimo productus: nec non vltimatus q₂ nō vltimo productus: qm̄ stat, primo formare noticiam vel visionē sortis et postea prolata illa voce sortes ante me formabo noticiam distinctam illius vocis sortes. Regulariter tamen procedendo prius formamus conceptū vocis vel scripture q̃ rei significate per talem vocem vel scripturam.

Secundo sequitur ꝙ implicat contradictionē nec est possibile ꝙ aliquis idē terminus mētalis sit terminus mentalis vltimatus et non vltimatus. Istud probare est facile ex istis diffinitionibus terminorum tactis et prenotatis.

Sed dubitaret aliquis. an aliquis cōceptus q̇ nūc est vltimatus possit effici non vltimatus ⁊ econtra. ¶ Rn̄r breuiter ꝙ sic ⁊ hoc sic declaratur quoniam capio adequatam naturalem similitudinem attramēti in calamo ex quo postea scribam ly homo talis naturalis similitudo est conceptus vltimatus q̃diu illud attramentum manet in calamo sed q̃ cito ex tali attramēto fit ly homo illamet naturalis similitudo est terminus mentalis non vltimatus quoniam tunc verum est dicere ꝙ est naturalis similitudo distincta ⁊ adequata termini logicalis igitur ⁊ ita hec propositio est concedenda. ¶ Conceptus vltimatus erit non vltimatus.

Contra istam diuisionem ⁊ diffinitiones arguitur sic: naturalis

ſimilitudo omnium ſimilitudinum il-
lam ſignificationem ſecundum quam
ſignificat ſeipſam eſt terminus men-
talis vt notum eſt: et tamen falſum eſt
dicere ꝙ ſm talem ſignificationem ſit
terminus mentalis vltimatus quoni
am ſm illam ſignificationem non eſt
naturalis ſimilitudo rei ad extra nec
ſimiliter eſt terminus mentalis nõ vl
timatus ſm talem ſignificationẽ quo
niam non eſt naturalis ſimilitudo di-
ſtincta termini logicalis ergo habet
ꝙ diuiſum ſumptum cum aliquo ad i
to verificatur de aliquo de quo nõ ve
rificatur aliquod mẽbrorum diuidẽs
ſumptum cum tali addito ¶ Reſpon
detur concedendo illatum nec hoc ar
guit diuiſionem ſupra dictam eſſe in-
ſufficientem quoniam hec diuiſio eſt
bona entium quoddam eſt creans qd
dam eſt non creans et tamen diuiſum
puta ly ens ſumptum cum ly neceſſa-
rio verificatur de deo ⁊ nullum mem
brorum ſumptum cum eodem addito
verificatur de eo.

Secundo principaliter ar-
guitur ſic. capio naturalem ſimilitu-
dinem illius aggregati homo aſinus
in voce mediante qua naturali ſimili
tudine illud aggregatum vocale rep̄
ſentat ſeipſuꝫ naturaliter communit̄
talis naturalis ſimilitudo eſt termin⁹
mentalis non vltimatus: vt notuꝫ eſt
et tamen falſum eſt dicere ꝙ ſit natu-
ralis ſimilitudo termini logicalis quo
niam illud aggregatum homo aſin⁹.
non eſt terminus logicalis eo ꝙ par-
tes eius non habent debitam conne-
xionem adinuiceꝫ: nec ſe habent ſicut
determinatio ad determinabile igit̄
diffinitio termini mentalis non vltia
ti data eſt inſufficiens.

Reſpondetur concedendo
ꝙ talis naturalis ſimilitudo illi⁹ ag-
gregati eſt terminus mentalis nõ vl
timatus ⁊ diſtingo ꝙ illud aggrega-
tuꝫ homo aſinus non ſit terminus: vt
ſi ſumatur ſm ſuam ſignificationem
vltimatam puta ſm illam ſm quaꝫ ly
homo ſignificat homines: ⁊ ly aſinus
ſignificat aſinos ⁊ tunc dico vt ſic ſū-
ptum ꝙ non eſt terminus logicalis.
¶ Alio modo ſumitur tale aggrega
tum prout ſignificat ſeipſum naturali
ter communiter ⁊ tūc dico ꝙ eſt bene
terminus logicalis: et ita facilis patꝫ
ſolutio argumenti.

Dimiſſis argumentis cauſa
breuitatis mouentur dubia.
¶ Primo dubitatur vtrum iſta vox
nomen habeat duos terminos mẽta-
les ei correſpondentes quorum vnus
eſt vltimatus ⁊ alter non vltimatus.
¶ Similimodo poſſet queri de quolꝫ
termino ſecunde intentionis. ¶ Reſpõ
detur breuiter ꝙ ſic quia habet vnuꝫ
terminum mentalem qui eſt adequa-
ta naturalis ſimilitudo illius vocis
nomen et talis eſt non vltimatus ter
minus / ⁊ alter terminus mentalis ei
correſpondens eſt iſte ſcilicet natura
lis ſimilitudo omnium nominum et
omnium entium potentum eſſe nomẽ
et talis terminus eſt terminus menta
lis vltimatus ⁊ cognotatiuus.

¶ Dubitaret ſecundo vtrū
quemadmodum termino vocali vel
ſcripto ſimplici correſpondet duplex
terminus mentalis: ſcilicet terminus
vltimatus et non vltimatus ita etiaꝫ
cuilibet termino complexo et ſignan
ter iſti propoſitioni vocali homo eſt
animal correſpondeat vna propoſi-
tio mentalis vltimata et altera non
vltimata.
¶ Ad hoc dubium reſpondetur affir-
matiue puta per hanc propoſitionem
quod cuilibet propoſitioni vocali vel
ſcripto ſimiliter cuilibet complexo ſi-
gnificatiuo correſpondet duplex ter
minus mentalis hoc declaratur ex-
emplo quoniam iſta propoſitio voca-

lis vel scripta homo est animal secundum quod significat ad placitum proprie et personaliter subordinatur vni propositioni mentali vltimate composite ex tribus partibus quarum prima est naturalis similitudo omnium hominum: secunda est illa copula et tertia pars est naturalis similitudo omnium animalium.

¶ Et si sumatur illa propositio vocalis vel scripta homo est animal secundum quod significat seipsam improprie: subordinatur in mente vni noticie incomplexe et simplici que dicitur naturalis similitudo talis propositionis/ vocalis vel scripte: et talis noticia dicitur communiter loquendo propositio mentalis non vltimata. ¶ Sed diceret aliquis illa naturalis similitudo illius propositionis homo est animal est noticia simplex et incomplexa ergo non est propositio: et per consequens male dicitur quod est propositio mentalis non vltimata. ¶ Respondetur quod licet talis naturalis similitudo seu notitia non sit propositio secundum quod significat naturaliter proprie: est tamen propositio secundum aliam eius significationem puta secundum quam significat hominem esse animal. Ideo ponitur hec regula quod omnis terminus mentalis non vltimatus qui est naturalis similitudo alicuius termini vocalis vel scripti significat ad placitum proprie aliquid vel aliqualiter quemadmodum ille terminus vocalis vel scriptus cuius est naturalis similitudo. ¶ Ratio huius est quoniam quandocunque aliquis terminus vocalis vel scriptus imponitur ad significandum aliquid vel aliqualiter etiam ex consequenti imponitur sua naturalis similitudo. ad sciendum exemplum: vt naturalis similitudo huius propositionis vocalis homo est animal significat primo naturaliter proprie illud cuius est naturalis similitudo et significat ad placitum proprie hominem esse animal: quemadmodum et vocalis vel scripta. cuius est naturalis similitudo.

Dubitatur tertio an reperiatur aliquis terminus mentalis vltimatus sincathegoreumaticus et aliquis talis mentalis non vltimatus hoc est querere vtrum detur duo termini mentales quorum vnus est vltimatus: et alter non vltimatus eidem voci vel scripture correspondentes et ambo sint sincathegoreumatici.

¶ Respondetur breuiter quod sic quoniam naturalis similitudo illius vocis est/est terminus mentalis: non vltimatus et sincathegoreuma: puta secundum illam significationem secundum quam significat ad placitum proprie aliqualiter puta vnitiue et ly est in ista mentali vltimata homo est animal est purum sincathegoreuma secundum quod significat naturaliter proprie aliqualiter vnitiue.

Huic diuisioni solet communiter superaddi vna alia que est hec terminorum mentalium quidam est terminus mentalis reflexus et quodam terminus mentalis directus et non reflexus. ¶ Terminus mentalis reflexus est terminus mentalis representans adequate vnum alium terminum mentalem naturaliter proprie vt quando habeo notitiam omnium hominum: possum reflectere me super illam notitiam puta cognoscendo me cognoscere: et tunc ego formo noticiam illius noticie et illa notitia secunde que adequata naturalis similitudo prime noticie dicitur noticia reflexiua. Et omnis talis notitia reflexa est semper terminus mentalis non vltimatus: quia est naturalis similitudo distincta et adequata termini logicalis. ¶ Sed notitia directa dicitur naturalis similitudo alicuius rei que non est noticia vel est terminus significans naturaliter proprie: et aliqualiter exemplificare est facile intelligas absoluendo ly rei a numero vt valeat rei vel rerum.

Sed circa istam diuisionem mouetur tale dubium. An notitia reflexa significet illud quod notitia directa significat et si sic qualiter significat illud: exemplum capio notitiam omnium hominum que significat omnes homines. Dubium est: an notitia reflexa que est adequata naturalis similitudo illius notitie directe significet omnes homines quemadmodum et illa notitia directa ¶ Rnr breuiter negatiue: puta quod illa reflexa non representat illud quod ipsa notitia directa representat ut puta illa notitia reflexa naturalis similitudinis omnium hominum non representat omnes homines qui a non ad placitum proprie nec naturaliter proprie nec naturaliter communiter nec aliquo alio modo ut facile est deducere intelligenti igitur. ¶ Si dicas facit nos venire in notitiam siue cognitionem omnium hominum: ergo representat omnes homines

¶ Rnr distinguendo ans scz. quod facit nos venire in notitiam oim hominum vel ad hunc sensum quod representat noticiam oim hominum et sic concedo vel quod causat seu producat in nobis rem illam que est noticia omnium hominum. et sic negatur immo de facto producitur ab illa. ¶ Si dicas naturalis similitudo illius vocis homo representat omnes homines quemadmodum et illa vox cuius est naturalis similitudo: ergo similimodo notitia reflexa debet representare omne illud quod repsentatur per noticiam directam: cuius ipsa dicitur reflexa ¶ Rnr negando consequentiam: nec est simile quoniam vt prius dictum est. Quandocunque imponitur vox vel scriptura aliqua ad representandum imponitur eius natura lis similitudo ad sic representandum sed hoc non oportet de notitia reflexa in ordine ad noticiam directam.

¶ Additio. ¶ Sed vlterius inquiretur postquam notitia huius vocis homo repsentat omnes homines ad placitum proprie: vtrum etiam noticia reflexa huius noticie representat omnes homines ad placitum proprie.

¶ Rnr licet probabile esset dicere quod sic cum prima que est eius obiectum si significaret homines ex impositione videtur tamen appositum apparentius nam alia millesima noticia reflexa in ordine talium noticiarum repsentaret homines ita bene sicut illa vox homo quod non credo verum. quare igitur respondetur ad quesitum ponendo talem regulam quelibet noticia rei vel termini significans aliquid vel aliqualiter: ex impositione immediate sola talis significat illud vel taliter etiam ex impositione siue ad placitum proprie vno illud dr significare ex impositione immediate: quando ipsummet est impositum ad significandum mediate vero quando significat per impositionem alterius et ipsummet non est impositum dico igitur noticia illius vocis significat hoies et non reflexa nisi noticia vocis imponeretur ipsamet ad significandum homines. Ex hoc regula sequitur quod si noticia directa oim hoium imponeretur ad significandum hoies sua reflexa significaret eos et non aliter. Et hec de hac diuisione sufficiant vsque ad materiam noticiarum.

Sequitur tertia diuisio termini logicalis que est hec. ¶ Terminorum logicalium quidam dr terminus logicalis significatiuus. et quidam dr terminus logicalis non significatiuus.

¶ Terminus ille dicitur significatiuus qui significat aliquid vel aliqualiter ad placitum proprie vel naturaliter proprie. Et huius nature est quilibet terminus mentalis et quam plurimi termini vocales et etiam scripti.

Terminus dicitur non significatiuus ille qui sic se habet quod non repsen

Diuisio
Terminus significatiuus
Non significatiuus

tat aliquid nec aliqua nec aliqualiter ad placitum proprie vel naturaliter proprie cuiusmodi sunt buf baf. a b. c. d. ⁊ sic de similibus. ¶ Ex isto correlarie sequitur ꝙ dabuntur duo termini synonimi simpliciter: quorum vnus est significatiuus ⁊ alter est terminus non significatiuus imo qñcumq; aliqs terminus est nō significatiuus mentalis ei correspondēs est significatiuus hoc totum correlarium claret de ista voce vel scriptura buf / que est terminus non significatiuus et tamen naturalis similitudo talis vocis que est secū synonima est terminꝰ scatiuus.

Correlarium

Seclusis argumentationibus mouētur dubia.

Primo dubitatur. Ad ad terminū esse significatiuuz requiratur ꝙ significet ꝓprie aliud a se et a suo simili ⁊ a suo prolatore vel aliqualiter. Respōdetur breuiter ad hoc dubiuz ꝙ non qm̄ naturalis similitudo huius vocis buf: est terminus significatiuꝰ ⁊ similiter si illa vox buf esset imposita ad significandū seipsaz ab aliquo habente auctoritatez talis vox est terminus significatiuus: et tamen non representaret proprie aliud a se ⁊ a suo simili igitur.

Dubitatur secundo an istud

complexū a. est b. sit terminus significatiuus. Rñr breuiter ꝙ sic ideo pono hanc regulam ꝙ. omne complexū ex terminis non significatiuis in quocunq; numero fuerit et ex vno termino significatiuo donec tales habeant debitam connectionem adinuicem dicitur terminus significatiuus.

Regula

Tertio dubitatur . an aliqs

idem terminus sit terminus scatiuus ⁊ terminus nō scatiuus simul. ¶ Respondetur breuiter ꝙ nō cum isto: tamen stat ꝙ aliqs idem terminus sit significatiuus sm vnam significationē ⁊ nō significatiuus sm aliam significationez hoc patet de ista voce homo que in significando omnes homines dicitur significatiuus terminus et dicitur terminus non significatiuus secundum suam significationē secundū quam significat seipsam imo dico (qđ fortius est) ꝙ aliquis idem terminus in significando vnum et idem significatum dicitur significatiuus ⁊ non significatiuus sed hoc est secundum diuersos modos representandi hoc totum probatur de ista voce ens que in significando seipsam ad placitum proprie dicitur terminus significatiuus ⁊ in significando seipsam naturaliter communiter dicitur terminus non significatiuus ⁊ hec de diuisione tertia breuitatis causa sufficient

Sequitur quarta diuisio in

ordine q̄ est hec terminorū logicaliū quidam est cathegoreumaticus quidam vero sincathegoreumaticus diuisum huius diuisionis est ly terminꝰ logicalis prout sumitur pro omni signo ponibili in propositione cōsueta siue illud signum sit terminus significatiuus siue terminus non significatiuus. ¶ Isto supposito dico ꝙ terminꝰ cathegoreumaticꝰ sic diffinitur. Est terminꝰ aliquid vel aliqua significās proprie vel improprie. Et terminꝰ sincathegoreumaticꝰ est terminus significās aliqualiter cuiusmōi sūt oēs ꝯiūctiones ꝑpōnes ⁊ interiectiones. Ex isto correlarie sequitur ꝙ omnis terminus mūdi est cathegoreumaticus et hoc adminus secundū illam significationē sm quā representat seipsum.

Cathegoreumaticus

Diuiditur terminus cathe

goreumaticus in terminum cathegoreumaticum significatione tantum et in terminum cathegoreumaticum officio tantum ⁊ in terminum cathegoreumaticū officio ⁊ significatio simul Proportionabiliter ⁊ simili modo diuidit terminꝰ syncathegoreumaticus

Diuisio

Dicitur terminus cathego-
reumaticus significatione tantum il-
le terminus qui secundum aliquã eiꝰ
significationem aliquid vel aliqua si-
gnificat. non potest tamē habere offi-
cium in propositione secundum illam
significationē communiter datur ex
emplum de obliquo tento ſm signifi-
cationem qua est obliquus et de adie
ctiuo ſm ꝙ pure adiectiue tenetur.
¶ Terminus dicitur posse habere of-
ficium in propositione ſm aliquam eiꝰ
significationem quando ſm talē signi
ficationem potest esse pars p. incapa-
lis alicuius propositionis puta vel ſb
iectum vel principalior pars subiecti
vel predicatum vel principalior pars
predicati vel copula vel pars copule.
¶ Dicitur terminus cathegoreuma
ticus officio tantum terminus qui ſꝫ
aliquam eius significationem nichil:
nec aliqua significat potest tamen ha-
bere officium in propositione ſm talē
significationem puta esse copula pro-
positionis cathegorice vel ypothetice
Et terminus dicitur cathe-
goreumaticus significatione ⁊ officio
simul qñ ſm aliquem eius significatio
nem aliquid vel aliqua significat ⁊ pt
habere officium in propositione secū-
dum talem significationem sicut ter-
mini potentes esse subiectum ⁊ predi-
catum propositionis cathegorice.
¶ Ex toto isto correlarie sequitur ꝙ
terminus cathegoreumaticus signifi
catione tantum: est terminus sincate-
goreumaticus officio tantum Et ter
minus cathegoreumaticus officio tā-
tum est terminus sincathegoreumati
cus significatione tantum.

Sed dicitur terminus sinca
thegoreumaticus officio et significa-
catione simul ille qui ſm aliquam eiꝰ
significatione nihil nec aliqua signifi-
cat nec potens est habere officium in
propositione ſm talem significationē
cuiusmodi sunt omnis nullus ⁊ simi-
lia que non possunt esse partes princi
pales propositionum secundū tales
significationes.

Secundo sequitur hanc con
sequentiam non valere iste terminus
est cathegoreumaticus officio tantū
ſm talem significationē ergo iste ter
minus est terminus sincathegoreuma
ticus instantia patet de ly est qui non
conceditur ꝙ sit terminꝰ cathegoreu
maticus in significando vnitiue et ta-
men in sic significādo est cathegoreu-
ma officio tantum.

Similimodo non valet hec
consequentia: iste terminus est sinca-
thegoreumaticus officio tantū ergo
iste terminus est terminꝰ sincathego-
reumaticus instantia patet de obliqui
oblique tento. ¶ Sed diceret aliquis
ex hoc sequitur ꝙ dicta diuisio qua di
uiditur terminus cathegoreumaticꝰ
in illa membra non esset sufficiēs post
ꝙ̄ aliquod membrum diuidens ꝑ ali
quo verificatur pro quo non verificat̄
diuisum ¶ Rñr ꝙ illa nō est ꝓprie di
uisio sed solum est equoci i sua equoca
ta siue analogi in sua analogata si-
cut ibi hominum quidam viuus ⁊ qui
dam pictus.

Tertio sequitur ꝙ ista conse
quentia non valet aliquis terminus
est terminus cathegoreumaticus si-
gnificatione et idem terminus est ter
minus cathegoreumaticus officio: er
go talis terminus est cathegoreuma-
ticꝰ officio et significatione simul hoc
patet quoniam dato aliquo termino
qui secundum vnam eius significatio
nem est terminus cathegoreumaticꝰ
significatione tantum et secundū aliā
eius significationem cathegoreumati
cus officio tantum dummodo nullam
aliam haberet significationem tunc

talis terminus ſecunduꝫ nullam eius ſignificationem eſſet cathegoreumaticus officio et ſignificatione ſimul et proportionabiliter diceretur de termino ſincathegoreumatico officio et ſignificatione ſimul.

Contra iſta dicta arguitur ſic primo complexum reſultans ex termino ſincathegoreumatico et ex termino cathegoreumatico cuiuſmodi eſt ly omnis homo eſt aliquis terminus logicalis et tamen nec eſt terminus cathegoreumaticus nec eſt terminus ſincathegoreumaticus poſtꝗ̃ nõ eſt maior ratio ꝙ dicatur terminus cathegoreumaticus quã ſincathegoreumaticus.

Si forte dicatur ⁊ bene ꝙ tale complexum eſt terminus cathegoreumaticus ea ratione qua ſignificat aliquid et eſt etiam terminus ſincathegoreumaticus inquantum ſignificat aliqualiter.

Cõtra hoc replicatur ſequeretur ꝙ talis terminus ſecundum eãdem eius ſignificationem eſſet terminus cathegoreumaticus: ⁊ etiam ſincathegoreumaticus illud eſt inconueniens ſequela eſt manifeſta quoniam talis teminus ſecundum eius ſignificationem complexam reſultantem ex ſignificatione termini cathegoreumatici et ex ſignificatione termini ſincathegoreumatici eſt terminus cathegoreumaticus: ⁊ etiam ſincathegoreumaticus hoc totum claret quia quicquid ſignificat pars alicuius complexi totum complexum ſignificat: ⁊ ita ſi pars complexi ſignificat aliqualiter totum complexum taliter ſignificat igitur.

Reſpondetur ad hoc argumentum ſicut dictum eſt inter arguendum vſqꝫ ad replicam vbi infertur ꝙ idem terminus ſecundum eandem ſignificationem eſſet terminus cathegoreumaticus: ⁊ ſimiliter ſincathegoreumaticus concedo illatum nec inconuenit de termino complexo illud tamẽ ſemper erit diuerſis rationibus vel poteſt aliter dici ꝙ tale cõplexuꝫ eſt terminus mixtus: ſed tunc oporteret ſuperaddere predicte diuiſioni iſtud mẽbrum quidaꝫ eſt terminus mixtus ſed plus placet prima ſolutio.

Arguitur ſecundo. ſi aliqs eſſet terminus ſincathegoreumaticus maxime eſſet ly oĩs. ſed hoc non igitur qm̃ ly omnis nõ ſignificat aliqualiter igitur non eſt terminus ſincathegoreumaticus conſequẽtia eſt bona ⁊ probatur antecedens querendo quid ſit terminum ſignificare aliqualiter.

¶ Si forte dicatur ſicut communiter dicitur Terminum ſignificare aliqualiter eſt ipſum habere talem modũ ſignificãdi ꝙ terminus cui additur aliter accipiẽ ꝗ̃ acciperetur ſine tali termino habẽte illum modũ ſignificãdi.

Contra illud replicatur ſic ſequereẽ ꝙ ly homo ⁊ ſimiliter ly hominis ſignificaret aliqualiter et eſſet terminus ſincathegoreumaticus qm̃ ex eius additione alicui alteri termino: talis terminus aliter accipitur ꝗ̃ acciperetur ſi tali termino homo: hoc patet in illa propõne aĩal quod eſt homo currit vbi ly aĩal aliter accipitur ꝗ̃ in iſta aĩal quod eſt currit. Similiter ly hoĩs facit ꝙ ly aſinus aliter accipiatur in iſta hoĩs aſinus currit ꝗ̃ acciperetur ſine illa determinatione hoĩs ⁊ tñ ly homo nec ly hoĩs eſt terminus ſincathegoreumaticus igitur.

Ad hanc replicaꝫ reſpondetur negando ſequelam. Et ad probationem dico ꝙ terminum repreſentare ſeu ſignificare aliqualiter prout in propoſito capimus requiritur quod talis terminꝰ habeat aliquã ſignifica

tionem qua nichil nec aliqua ſignifi-
cet ſed ratione talis ſignificatiōis poſ
ſit facere terminū cui additur aliter
accipi ab intellectu ꝙ̄ acciperetur ſi
ne ipſo.

Dubitaret aliquis an ly q̇s omnis in iſta omnis homo qui eſt foꝛ
tes currit: ⁊ ſimiliter ly aliquis ī iſta
aliquis homo currit ſignificet aliqua
liter. ¶ Reſpondetur breuiter ꝙ ſic:
quoniam ly omnis in pꝛima facit illū
terminum homo ſumi vniuerſaliter ⁊
confundit copulam ⁊ pꝛedicatum ⁊ ly
aliquis in ſecunda facit ly homo acci
pi particulariter.

¶ Plura de iſtis ſignis vniuerſali-
bus ⁊ particularibus videbuntur in
pꝛīo tractatu ſummu.

Circa pꝛedictaꝫ diuiſionem mouentur dubia et ſignanter circa il
lud quod obliquus oblique tentus et
adiectiuum adiectiue tentum nō pn̄t
habere officium in pꝛopoſitione: ⁊ nō
dicuntur termini cathegoꝛeumatici ſi
gnificatione tantum illud videtur fal
ſum. ¶ Tum pꝛīo quia obliquus ob
lique tentus poteſt reddere ſuppoſitū
et eſſe ſubiectum reſpectu verbi perſo
nalis ⁊ ſimiliter reſpectu verbi perſo
nalis infinitiui modi. ¶ Tum etiam
rectus ⁊ eius obliquus dicunt̄ termi
ni ſynonimi alias verificatio obliqui
ſupponentis non fieret per ſuum rec-
tum ergo ſi rectus poteſt habere offi
cium in pꝛopoſitione: ſimiliter etiam
eius obliquus. ¶ Tum etiam de adie-
ctiuo adiectiue tento pꝛobatur ꝙ pōt
habere officium in pꝛopoſitione quo-
niam ly album captum adiectiue idē
et eodem modo ſignificat ſicut et quā
do capitur ſubſtantiue quia quocun
ꝗ illoꝛum modoꝛum accipiatur de
materiali ſignificato ſignificat reꝫ al
bam et de foꝛmali impoꝛtat albedineꝫ
et per conſequens ſecundum eandem
ſignificationem capitur adiectiue et
ſubſtantiue et vltra: ergo ſi poteſt
habere officium in pꝛopoſitione: ſe-
cundum ſignificationeꝫ qua ternetur
ſubſtantiue. etiam ex ſimili modo ſe-
cundum ſignificationem qua tenetur
adiectiue poſtquam eſt eadem ratio
vtrobique.

Ad iſtud dubium reſponde tur quod omnis obliquus oblique tē-
tus ⁊ ſimiliter adiectiuum pure adie-
ctiualiter tentum ſunt termini cathe
goꝛeumatici ſignificatione tantum et
quando obῑcitur de obliquo oblique
tento quod poſſit eſſe ſuppoſitum ver
bi perſonalis vel verbi infinitiui mo-
di: dico quod hoc non ſufficit ad hoc
quod ſit terminus cathegoꝛeumaticꝰ
officio ſed requiritur quod poſſit eſſe
copula vel extremum in pꝛopoſitione
cathegoꝛica reſpectu verbi perſona-
lis et modi finiti: ad aliam pꝛobatio-
nem que adducitur de obliquo ⁊ eius
recto ſcꝫ ꝙ ſint termini ſynonimi.

Aduertendum eſt quod du pliciter aliqui termini dicuntur ſyno
nimi ſcilicet de ſignificatione eſſentia
li tantum quando: ſcilicet aliqui ter
mini eandem rem pꝛeciſe ſignificant:
et eodem modo quo ad ſignificare ab
ſolute vel cognotatiue.

Synonimi essentialiter

Et iſto modo rectus ⁊ eius obliqui dicuntur termini ſynonimi et
ſimiliter ly album. adiectiue tentum.
et ly album ſubſtantiuatum.

¶ Nec pꝛopterea opoꝛtet quod quic
quid conueniat vni illoꝛum termino-
rum taliter ſynonimoꝛum quod illud
conueniat alteri.

Alio modo dicuntur termi ni ſynonimi de ſignificatione eſſentia
li et etiam accidentali ſiue gramma-
ticali. ¶ Et eſt quando noticia re-
ſpondens vni etiam alteri reſpōdet: ⁊

Synonimi accidentaliter

isto modo rectus est eiꝰ obliquus non dicuntur termini synonimi quoniā rectus habet aliquem modum significādi accidentalem ratione cuius potest reddere suppositū verbo personali finiti modi et talem modum significandi non habet suus obliquus. Eodem modo potest dici de adiectiuo adiectiue tento licet sit synonimum cum adiectiuo substātiue tento: quoad significationem essentialem non tamē quo ad significationem accidentalem.

¶ Adiectiuum sicut ly album siue teneatur adiectiue siue substātiue significat de materiali significato rem albam cognotando albedinem nec propterea idem cōceptus mētalis illi respondet prout tenetur adiectiue ꝛ ꝓut tenetur substantiue: secundum em ꝙ tenetur substantiue habet vnuꝫ modum significandi accidentalem ratione cuius potest esse extremum propositionis cathegorice in recto et reddere suppositum verbo qualem modum significandi non habet ly album secū dum quod adiectiue tenetur.

Secundo dubitatur vtruꝫ partes principales propositionū ypotheticarum dicantur termini cathegoreumatici officio: ꝛ videt ꝙ sic qm̄ consimilis debet esse ratio de partibꝰ principalibus ypotheticarū ꝛ ꝓpositionū cathegoricarū qḋ si concedas.

Contra tunc sequeretur integram propositionem s'cūdum eius significationem propositionalem esse terminum cathegoreumaticum significatione ꝛ officio simul: quoniā secundum talem significationem ꝓpositionalem aliquid significat ꝛ potest habere officium in propositiōe secunduꝫ talem significationem illud tamē nō solet cōmuniter concedi: quoniam solus terminus potens esse extremum propositionis cathegorice debet dici terminus cathegoreumaticus officio et significatione simul.

¶ **Respōdetur breuiter ad** hoc dubium conformiter ad communem modum loquendi pure negatiue scilicet ꝙ partes principales propositionū ypotheticarū cuiusmodi sunt propositiones cathegorice vel copule coniunctionales non sunt termini cathegoreumatici officio ratio est: quia tales non possunt esse extremum nec copula in propositiōe cathegorica qḋ tamē summe requiritur ad hoc ꝙ aliquid dicatur terminus cathegoreumaticus officio et hec de hac diuisione sufficiant.

Sequitur quinta diuisio in ordine que est hec terminorum quidā est complexus et quidam incomplexus. ¶ Terminus complexus est terminus habens formaliter vel equiualenter plures partes que significant diuersa ꝛ hoc iuxta significationeꝫ totius dixi notanter formaliter propter tale complexum homo est animal ꝛ similia. ¶ Dicitur equiualenter quoniam si imponatur ista littera a. ad significandum tantum quātum ista propositio hō est aial: tūc ly a. esset terminus complexus: quoniam equiualenter habet plures partes significantes iuxta significationeꝫ totiꝰ puta in sua mentali cui subordinatur scilicet iste homo est animal dicitur notanter significantes iuxta significationem totius propter istum terminū dominus ꝛ similes nam concedendum venit ꝙ ille terminus dominus habet plures partes: quarum quelibet est terminꝰ videlicet hoc verbum do/ ꝛ istud aduerbium minus: sed hoc non est sufficiens causa vt dicatur complexus in significando dominū nam partes ille non significant iuxta significationeꝫ totius hoc est dicere quod ex significatione illarum partium nō resultat significatio illius totius termini quo

significat dominuz. ¶ Dices ex dictis sequeretur ꝙ istud aggregatū homo capra vel homo asinus esset terminus complexus: quia tota diffinitio, data videtur sibi conuenire. ¶ Respondetur breuiter negando sequelam: quia in diffinitiõe data ⁊ in eius principio ponit̃ ly terminus modo: illud aggregatum: homo asinus non est vnus terminus vnde ponitur hec regula.

¶ Ad hoc qđ plures termini faciant vnum terminum complexum: requiritur ꝙ sint vniti per aliquod coniungibile vel inter quos sit debita cõueniẽtia grãmaticalis puta ꝙ se habeant sicut adiectiuum ⁊ substantiuum vel sicut determinatio ⁊ determinabile cuiusmodi cõtingit in istis terminis hõ albus asinus hoīs homo vel capra.

Terminus incõplexus

opposito modo diffinitur: puta sic terminus non habẽs plures partes formaliter nec equiualenter: que significent iuxta significationem totius cuiusmodi est iste terminus homo in significãdo omnes homines.

¶ Habere plures partes equiualenter est sic se habere quod mentalis terminus cui subordinatur in significando habet plures ꝑtes diuersas ꝗbus ipsemet non habet.

Terminus complexus est

duplex videlicet complexus complexione distante ⁊ complexus cõplexione indistante. ¶ Terminus dicit̃ cõplexus complexione distante ille scilicet cuius partes vniuntur per verbum vel cõiunctionem cuiusmodi est quelibet propositio mundi ⁊ similiter hoc aggregatuz sortes vel plato ⁊ sic de similibus. ¶ Terminus dicit̃ complexus complexione indistante: puta ille terminus complexus cuius partes non vniuntur per verbum vel cõiunctionẽ cuiusmodi est iste terminus homo albus vel iste terminus asinus

Sed quereret aliquis de il

lo termino complexo sortes qui currit: an sit terminus complexus cõplexione distante vel complexione indistante. ¶ Et idem potest queri de isto complexo videns sortem vel platonẽ ¶ Respondetur quo ad primum ꝙ illud complexum sortes qui currit est terminus complexus complexiõe distante non merito illius verbi est: sed virtus transit in relatiuū neꝗ ille terminus sortes est pars subiecti illius verbi: sed relatiuum est totale subiectum ita quod relatiuuz valet hoc cõplexum ⁊ ille: ⁊ ita illud aggregatuz est complexum complexione distante per illam cõiunctionem: ⁊ de alio aggregato scilicet de isto videns sortem vel platonem distinguitur: quia vel illud participium videns determinat illos duos obliquos duabus determinationibus: ita ꝙ sensus est vidẽs sortem vel videns platonem ⁊ tunc tale aggregatum est terminus cõplexus complexione distante vel ly vidẽs determinat duos obliquos vnica determinatione: ita ꝙ ly vel vnit solum illos duos obliquos: ⁊ tunc dico ꝙ est terminus complexus complexiõe indistante: quia partes minus principales vniuntur per coniungibile ⁊ non partes principales.

Sed contra diffinitionez da

tam ipsius termini cõplexi arguitur primo sic naturalis similitudo hominum non est terminus complexus vt notum est ⁊ tamen diffinitio data ei conuenit igitur diffinitio est insufficiens probatur maior quoniã talis noticia omnium hominuz est terminus habens plures partes significantes iuxta significationẽ totius: puta plures partes graduales quarum quelibet significat omnes homines ⁊ ex illis partibus resultat tota noticia et eius significatio.

Respondetur ad hoc argumentum ꝙ talis noticia nõ est terminus complexus nec diffinitio data ei conuenit: quia ponitur in diffinitione habens plures partes significantes diuersa: modo licet noticia omnium hominum habeat plures partes graduales sicut ⁊ quelibet illa noticia ille partes tamen nõ significant diuersa immo quelibet illarũ significat omnes homines quemadmodum et ipsa tota noticia.

Arguitur secundo iste terminus non homo est terminus cõplexus in significando lapidem vel omnem rem que non est homo et tamen falsum est ꝙ habeat plures partes significantes iuxta significationem totius quoniam neq₃ ly non neq₃ ly homo significant lapidem.

Respondetur concedendo ꝙ ly non homo sicut et quilibet alius terminus infinitus est terminus complexus ⁊ concedo ꝙ illa pars hõ non significat lapidẽ nec similiter illa ps nõ nihilominus ex significationibus illarum duarum partium sic vnitarũ resultat vna totalis significatio quia illud aggregatum non homo signifi. omne illud quod non est homo ⁊ illud satis est ad hoc quod partes eius dicantur significare iuxta significationem totius.

¶ Similimodo dicendum est de isto complexo homo si est hõm significando asinos ⁊ ita significatio alicu⁹ totius complexi non semper adequate componitur ex significationibus partium licet ex illis sic vnitis causetur effectiue significatio totius.

Relictis argumentis breuitatis causa mouentur dubia circa predictam diuisionem ¶ Primo dubitatur an aliquis idem termin⁹ sit simul complexus ⁊ incomplexus.

¶ **Respõdetur breuiter** q₃ sic immo omnis terminus complex⁹ est incomplexus sed hoc est secundu₃ suas diuersas significationes et modos significandi declaratur de vno ⁊ idem est iudicium de aliis quoniam capta ista propositione homo est animal illa propositio secundum ꝙ significat vltimate hominem esse animal est terminus complexus et secundum quod significat semetipsam naturaliter communiter est terminus incomplexus quoniam in sic significando subordinatur vni noticie simplici que est adequata naturalis similitudo illius totius propõnis homo est aĩal.

Dubitatur secundo. an ista dictio currit sit terminus complexus similiter potest queri de quolib₃ alio verbo adiectiuo.

Respondetur breuiter pro nunc ꝙ ly currit sicut ⁊ quodlibet verbum adiectiuum est terminus incomplexus significans tamen aliquid et etiam aliqualiter puta vnitiue.

¶ Istud est de mente Aristotelis in antepredicamentis vbi pro exemplo termini incomplexi ponit ly currit et ly vincit. ¶ Et ratione sic posset probari: quoniam reperitur aliquod verbum adiectiuum in mente vltimata alias nullum verbum poterit infinitari ⁊ tale in mente vltimata non hab₃ plures partes significantes diuersa igitur. ¶ Sed diceret aliquis ly currit equiualet huic est currens ergo equiualẽter habet plures partes significantes iuxta significationem totius ⁊ per ɔ̃ns est terminus complexus.

¶ **Ad hoc respondetur** distinguendo quod ly currit equiualeat huic aggregato est currens vel incõsequendo sic quod loco vnius semper liceat ponere alterum quoniam bene sequitur currit ergo est currẽs ⁊ ecõ-

tra ⁊ sic concedo vel ꝙ equiualeat illi aggregato in significando: sic ꝙ sub ordinetur in mente illi complexo est currens ⁊ ꝙ significet simpliciter idē et eodemmodo cum illo complexo et sic negatur modo ad terminū esse cō= plexum requiritur quod secunduz ta= lem significationem habeat in se for= maliter plures partes significantes iuxta significationē totius vel ꝙ men talis terminus cui subordinatur in si gnificando habeat.

Dubitatur tertio an omnis terminus mentalis qui est complexꝰ habeat in se formaliter plures partes significantes iuxta significationē to= tius. ¶ Respondetur breuiter ꝙ sic: sꝫ hoc debet intelligi donec talis termi nus mentalis fuerit complexus secū= dum illam significationem secundum quam significat naturaliter proprie/ quod dixi quoniam naturalis simili= tudo adequata istius ꝓpositionis ho mo est animal est terminus mentalis ⁊ complexus in significando ad pla= citum proprie hominem esse animal ⁊ tamen non habet in se formaliter plu res partes significātes diuersa iuxta significationem totius.

Ultimo dubitatur. an ista vox vel scriptura album in significan do rem albam et albedinem sit termi nus complexus vel incomplexus. ¶ Similiter posset queri de quolibet termino conotatiuo.

¶ Respondetur breuiter conformi= ter ad communiter loquentes ꝙ ta= lis terminus album in sic significan= do est terminus incomplexus ⁊ subor dinatur vni conceptui simplici qui est naturalis similitudo rei albe ⁊ etiam albedinis diuisim: sed non potest sup= ponere pro albedine quia non signifi= cat albedinem nisi de suo significato formali et per modum alteri adiacen tis: modo regula est quod terminus nunquam supponit pro illo quod signifi= cat de suo significato formali.

Sequitur sexta diuisio que est hec Terminorum logicalium: qui dam est equiuocus et quidam vniuo= cus. ¶ Diuisum huius diuisionis est ly terminus logicalis prout se exten dit ad omnem terminū logicalem si= ue significatiuum siue non sicatiuum. ¶ Terminus equiuocus est terminus qui subordinatur pluribꝰ cōceptibus totalibus ⁊ nō synonimus in sic signi ficando supple equiuoce.

Ille conceptus dicitur tota lis qui non est pars alicuius alterꝰ termini: ⁊ ideo quamuis iste terminꝰ homo albus in significando hominez album subordinetur pluribus conce= ptibus vcz noticie hominis ⁊ noticie albi: non tamen propterea dicitur eq uocus quia neuter illorum est conce= ptus totalis sed faciunt vnum com= plexum. ¶ Dixi notanter non synoni= mi quoniam hec scriptura homo in si gnificando oēs homines nō est equi uocus ⁊ tamen subordinatur vni con ceptui in anima sortis ⁊ alteri conce= ptui in anima platonis. Sed illi con= ceptus sunt synonimi hec diffinitio de claratur exemplo ista vox canis dici= tur terminus equiuocus secunduz qꝫ significat canem latrabilem piscē ma rinū ⁊ sydus celeste quoniā aliqs au= diens illā vocē ⁊ intelligens eiꝰ equi uocationem format hos tres conce= ptus totales quorum primus est na= turalis similitudo omnium canum la trabilium scđs est naturalis similitu= do oīm piscium marinorum vocatorū canis ⁊ tertius est naturalis similitu do omnium talium syderum celestiū ⁊ vocatorum canis.

Ulterius aduertendum est ꝙ terminus equiuocus est duplex scꝫ equocus a casu ⁊ equiuocus a ꝯsilio.

Equiuocus a Casu ¶ Terminus dicitur equiuocus a casu ille qui sicat sua sicata equiuoce: et hoc eque prīo. i. non principalius vnū ꝗꝫ aliꝰ cuiusmodi est iste terminus cōmunis scđm ꝙ sicat illa tria predicta quoniam eque bene ꝛ pricipaliter imponebatur ad sicandum vnum illoꝝ sicatorum sicut alterum.

Equiuocus a Consilio Terminus equiuocus a cō

silio est terminus equiuoce sicans sua sicata ꝛ hoc non eque. primo imo principalius sicat vnum sicatū ꝗꝫ reliquuꝫ cuiusmodi est iste terminus homo in sicādo hoīeꝫ viuū ꝛ hoīeꝫ pictū. ¶ Nā principalius sicat homineꝫ viuū ꝛ minus principaliter ꝛ secundario videlicet propter quandam similitudineꝫ quam habet homo pictus cum homine vero sicat hominem pictum ¶ Et de tali termino equiuoco a consilio solēt poni iste due regule trite. ¶ Prima *Prima regula* Talia sunt subiecta qualia ꝑmittunt ab eorum predicatis hoc est dicere ꝙ si aliquis terminꝰ equiuocꝰ a cōsilio ponatur a parte subiecti ꝛ hoc respectu predicati qđ supponit ꝑcise et adequate pro vno suorum sicatorum: tunc tale subiectum restringitur ad standum pro illo ꝓ quo accipitur tale predicatum exempluꝫ vt capta ista ꝓpositione oīs homo est homo pictus illa ꝓpositio est vera quoniam subiectum stat ꝛ restringitur solum pro homine picto

Secunda r. Secunda regula omne ana

logum per se positum stat pro suo famosiori significato ꝑ analogum nihil aliud intelligo ꝗꝫ terminum equiuocum a consilio ꝛ tunc sensus regule est sit terminus equiuocus a cōsilio sit positus per se hoc est sine aliqua deteriatione restringente, tunc accipitur solū pro suo famosiori significato vt dicendo omnis homo currit ille terminus homo accipitur solum pro hoīe vero.

¶ Additio.

Contra primam regulam ar

guitur ꝛ improbando hanc propositionem prius concessam omnis homo est homo pictus ex illa sequitur falsum in bōa ꝯña ꝙ est flā tꝫ ꝯña ꝛ ꝓbat antecedens sequitur bene omnis homo ē homo pictus ergo tantum homo pictus est homo consequens est falsum ergo ꝛ antecedens ꝛ falsitas consequentis est nota de se cum equiualeat huic tātum homo pictus est homo vnius per secundam regulam ꝛ ꝓbo ꝯsequētiaꝫ ab vniuersali ad suam exclusiuam terminis transpositis. ¶ Forte dicis et bene negando consequentiam cōmittitur enim equiuocatio ex parte subiecti vniuersalis in antecedente in conclusione vt in precedentibus liquet: sꝫ si velis dare exclusiuam sibi correspōdentem dabis istam tantum homo pictus est homo pictus vt termini teneantur eque restricte.

¶ Et si dicas bene sequitur

omnis homo est pictus: Sortes est homo: ergo Sortes est pictus consequens est falsum: ergo antecedens nō minor: ergo maior quod est ꝓbandū. ¶ Breuiter dicitur medium tenetur equiuoce in maiore ꝛ minore vt ostendunt regule quare ꝯña non valet.

¶ Eodē mō dicas: si arguatur per cōuersionem sic puta omnis homo ē pictus ergo pictus est hō sed oꝫ sic inferre ꝙ pictum est hō pictus. ¶ Et si iterum arguas cōtinue improbando primam propōnem aliquid qđ est hō nō est homo pictus ꝙ non oīs homo est homo pictus. aūs est veruꝫ ergo ꝛ cōsequens ꝛ ꝯñs est contradictoriū propositiōis assumpte ꝙ semper habetur hec falsa omnis est pictus ꝛ ꝙ antecedens sit veruꝫ patet sortes non est homo pictus: et sortes est aliquid quod est hō ergo aliqd quod est homo non est hom opictus.

Respondet negādo consequētiā factā

tenere: nec oportet illas equivalere. Et si replices prium est membrum minus principale ⁊ subiectum est terminus analogus vel secum ꝯuertibilis. ergo restringitur. Dico nõ sufficit illa cõuertibilitas ad hoc ꝙ alienetur. nam ly ille non restringitur in ista ꝓpositione aliquis homo est hõ ⁊ ille pictus. Tum etiam terminus anologus aliunde coartatur ad standum pro hominibus viuis: nam est predicatũ illꝰ predicationis que quidẽ implicatio ẽ sobiectũ: nec etiã ly homo: ⁊ hoc totũ aliqd quod est homo cõuertuntur quoniã hec est vera adã possibiliter ẽ hõ: hac existente falsa adam possibiliter est aliqd quod est hõ. ¶ Contra i hac copulatiua aliquis homo est homo et ille est homo pictus: ly ille est absoluꝫ pro homine picto: ergo solutio nulla: ⁊ probo antecedens iste equiualẽt aliquis homo est homo ⁊ ille ẽ homo pictus: ⁊ aliquis homo est homo ⁊ homo est homo pictus: sed subiectũ secũde alienatur: ergo ⁊ prime ⁊ ꝙ equiualeant probo cũ loco relatiui liceat ponere suũ antecedens signanter in copulatiuis: nam hec cõsequẽtia est bona homo currit: ⁊ ille disputat: ergo homo currit: ⁊ homo disputat. ¶ Ad hoc subcincte rñdetur negando antecedens ⁊ ad probationem nego illas equiualere ⁊ qñ iterum probatur ponendo loco relatiui suum antecedẽs: dico ꝙ non licet loco relatiui referentis terminũ cõmunẽ ponere suũ antecedens nec valet vltima cõsequentia facta vel similis modus arguẽdi si solum sint duo homines vnus currens ⁊ non disputans alter disputans ⁊ nõ currens econuerso arguendo antecedens est verum ⁊ consequens falsum: Sed queritur quare tale relatiuũ nõ alienatur ⁊ tamẽ antecedens suo loco positũ alienatur dicitur hec est causa quoniam relatiuũ aliũde restringeatur ad standum pro illo pro quo denotabaꝫ verificari ꝓpositio sui antecedentis sed talis denotatur verificari ꝑ hoibus viuis ergo relatiuũ ꝑ talibus accipitur mõ nõ sic est de antecedente ⁊ huc totũ prouenit ob depẽdentiam relatiui ad suum antecedẽs

Queritur vlterius quid ergo requiritur ad hoc ꝙ terminꝰ analogus restringaꝫ a mẽbro minus principali a parte predicati posito. Respõdetur requiritur ꝙ subijciaꝫ ipm analogum vel terminus cũ eo cõuertibilis qui pro minꝰ principali significato natus sit supponere nõ aliunde restrictus ad standũ pro principali. Ex his infero duo correlaria primũ hoc complexum homo qui potest esse homo non alienari a principali significato in hac propositione homo qui potest esse homo est homo pictus dato ꝙ conuertatur cum ly homo secundum correlarium. Terminus mẽtalis non põt alienari a sua significatione qua significat naturaliter ꝓpter primum correlarium patet: quia talis terminꝰ a suo modo significãdi habet accipi ꝑ homine viuo ⁊ nullo modo pro homine picto. patet secundũ quia talis terminus non potest cadere a tali significatione ipso manente termino.

Quid ad hoc quod analogus restringatur

Correlaria

Possent adhuc fieri multa argumenta contra has regulas non omnino pretermittẽda, que paucis in quisitiue absoluam. Primo queritur vtrum noticia omniũ hominum representet hominem pictum sicut terminꝰ vocalis ⁊ scriptus. Rñr ꝙ non ⁊ causa discriminis est: quia nulla noticia aliam apprehẽsiuã (saltim nõ comparatiuam) causat quin sit eius obiectũ aliud est in terminis vocalibꝰ vel scriptis videmus enĩ experientia si quis proferat hanc vocem Hercules rõne talis vocis multiformant conceptum imaginis representãtis Herculẽ vltra noticiã ipsiusmet Herculis. Sed

hoc est propter similitudinē quam habet hec ymago cuz Hercule alias viuente ⁊ hoc representare vocatur representare ad placitum ex similitudine. ¶ Sed dices sequeretur veritas istius homo viuus est homo pictus/ ꝓbo sequelā cum nil habeat maiorez similitudinē cū hoībus viuis ꝗ̄ hō viuus. Ad hoc respondetur negādo seq̄lam ⁊ ad probationē nego ꝙ hō viu⁹ habeat similitudinē cū hoībus viuis in bono sensu intelligendo. naz habere similitudinē cū homine viuo dt priuationez hoīs vel aīe rationalis (q̄d nō ꝯuenit homini) ⁊ positionem linealis ꝓtractionis exterioris in similitudinem hoīs. Et breuitatis causa infertur correlarie subiectū huius non alienari: hō est iste hō pictus: cū membrum min⁹ principale nō sit totale p̄dicatū nec esset dato ꝙ precederet copulam: sequitur secundo huius etiam subiectum non alienari: omnis hō est oīs homo pictus eadē de causa vt prius: licet bene si predicatuz precederet copulam. ¶ Quare nō valet hec consequentia omnis homo oīs homo pictus est: ergo oīs homo est omnis homo pict⁹/ ꝗ̄uis bene valeat talis modus arguendi vbi nō poneretur talis restrictio in subiecto aīītis qualis nō ponitur in subiecto cōsequētis sed de his ampli⁹ in ante predicamentis.

Terminus vniuocus ē qui non subordinatur pluribus ꝯceptib⁹ totalibus ⁊ non synonimis et hoc sm̄ significationē sm̄ quā est vniuocus cuiusmodi est iste terminus homo in significando oēm hominē nam in sic significādo subordinatur vni cōceptui videlicet qui est naturalis similitudo cuiuslibet hoīs. ¶ Si dicas iste terminus homo in significādo sortē subordinatur vni cōceptui qui est noticia sortis ⁊ in significando platonē alteri conceptui subordinatur qui est noticia platonis modo ille due noticie nō sunt synonime cū nō significēt idē.

Respōdetur breuiter quod illa vox homo siue significet sortez siue platonē vel aliquem alium hominem noticia cui subordinatur est adequata naturalis similitudo cuiuslibet hominis ⁊ sic nō significat plures homines equiuoce.

Breuitatis causa relictis argumentis mouentur difficultates in forma dubiorum. Primū dubium an aliquis idem terminus sit simul vniuocus ⁊ equiuocus. ¶ Respondet breuiter ꝙ sic sed hoc est secundū diuersas rōnes ⁊ ī ordine ad diuersa sua significata. Immo pono hāc ꝓpositionem ꝙ omnis termin⁹ equiuocus est vniuocus ⁊ econtra probatur de vno ⁊ similis est ratio de aliīs. ¶ Nā ista vox canis in ordine ad sua significata que significat dicitur equiuocus et in significando quodcūq̄ vnum illoruz significatorū soli vni conceptui subordinat ⁊ per consequens est vniuocus in sic significando.

Correlarie sequitur hāc cōsequētiam non valere: iste termin⁹ canis significat hoc significat tum vniuoce ⁊ hoc significatū vniuoce duo diuersa significata demonstrando ergo significat ista vniuoce. Sz diceret aliquis naturalis similitudo omniū hominū est terminus vniuocus vt notū est ⁊ tū non est equiuocus igitur maledictū est. ¶ Respondetur breuiter ꝙ naturalis similitudo omniū hominum est equiuocus terminus in significando hec duo significata scz seipsā ⁊ omnes homines ⁊ ita dicendum est de quolibet alio termio mētali. ¶ Sz dices illa naturalis similitudo in significādo illa duo significata nō subordinatur pluribus conceptibus non synonimis quoniam in significando

omnes homines nulli conceptui. sub ordinatur cum significet ea naturaliter ꝓprie: ergo male dictū est ꝙ significet illa duo significata equiuoce.
¶ Rñr negando consequentiā rō est qm̄ ad terminū esse equiuocū in significando aliqua significata sufficit vnū istoꝝ duorum: puta ꝙ in sic significando subordinetur pluribus ꝯceptibus totalibus ⁊ nō synonimis: vel ꝙ in significando vnum illorum sc̄atorum subordinetur vni cōceptui: ⁊ ꝙ sit naturalis similitudo alterius sui sc̄ati: modo ita ꝙ est noticia oīm hominum in significando seipsam subordinatur vni alteri noticie reflexe. ¶ Si ex hoc inferas ꝙ tunc quilibet terminus mē talis esset equiuocus ⁊ sc̄aret equiuoce: ⁊ illud est cōtra cōiter loquentes qui dicūt ꝙ in mente non cadit equiuocatio. ¶ Respondetur breuiter concedendo illatum ⁊ dico ꝙ cōmuniter loquētes qui dicūt ꝙ in mente non cadit equiuocatio. ¶ Rñr breuiter concedēdo illatum ⁊ dico ꝙ cōiter loquētes: sic intelligunt: puta ꝙ termin⁹ mētalis nō dr̄ equiuoc⁹: nec sc̄at equiuoce sm̄ illam significationem secundū quā repn̄tat naturaliter ꝓprie et hoc totum est verū ⁊ stat cū predictis.

Secūdo breuiter dubitatur.

An ista vox sortes significet oēs illos sic vocatos vniuoce vel equiuoce. ¶ Respondetur breuiter ꝙ significat illos equiuoce quoniā in significando vnum illorū subordinatur vni conceptui qui est adequata naturalis similitudo vnius ⁊ in significando alterum subordinatur alteri conceptui qui est adequata naturalis similitudo illius: ⁊ ita similiter dicitur qd̄ ly sortes significat equiuoce sortē iuuenem ⁊ sortē senem. Plura de hac materia tractabimus in nostris ante predicamentis: ⁊ ideo pro nunc hec breuitatis causa sufficiant.

Sequitur septima diuisio.

terminorū logicaliū quidā est singularis quidā communis. ¶ Termin⁹ cōmunis dicitur ille terminus logicalis cui non repugnat ex modo sue impositionis vel significationis verificari de pluribus vniuoce ⁊ diuisim. ¶ Terminus singularis est termin⁹ logicalis cui ex modo sue impositionis vel significationis repugnat verificari de pluribus vniuoce ⁊ diuisim. Exemplum primi iste terminus homo dicitur communis quia sibi nō repugnat verificari de sorte ⁊ etiam de platone vniuoce. ¶ Exemplum secundi iste terminus sortes in significādo adequate sortem dicitur termin⁹ singularis: dixi notanter vniuoce. Nam iste terminus sortes bene verificatur de pluribus vocatis illo nomine: sed propterea non est terminus cōmunis nam verificatur de ipsis equiuoce.
¶ Dicitur notanter diuisim quoniam iste terminus sortes verificat̄ de corpore ⁊ anima sua coniūctim sumptis: nam ista propositio est vera hoc corpus ⁊ hec anima sunt sortes non verificatur tamen de illis diuisim dicendo corpus est sortes anima est sortes
¶ Dicitur notanter cui non repugnat ex modo sue impositionis vel significationis: qm̄ iste terminus chymera ⁊ similiter iste terminus deus sūt termini cōes in significando vltimate ⁊ licet neuter illorū possit verificari de pluribus ⁊ pro pluribus qr nō possūt esse plures dij nec aliquid potest esse chymera non repugnat tamen alicui illorum terminorū verificari de pluribus quātum est ex modo sue impositionis vel significationis quia quilibet illorum terminorum si fuerit ī voce vel in scripto imponebat̄ ad significandum mediante noticia communi ⁊ si fuerit in mēte est noticia representans plura diuisim.

¶ Correlarie sequitur hanc conseq̄n
tiam non valere iste terminus secun=
dum talem significationem non potest
verificari de pluribus ergo non ē ter
minus communis in sic sc̄cando quo=
niam demonstrando istum terminum
chymera vel ly homo irrationalis an
tecedens est verum: et consequēs fl̄m.
¶ Sed ad bene arguendum oportet
assumere in antecedente: sed talis im
possibilitas verificandi de pluribus:
puenit ex modo significandi illi⁹ ter=
mini et non ppter defectum rei vel q²
res non possit taliter se habere quali=
ter per illum terminum significatur.
¶ Sed diceret aliquis plures res si=
gnificate per illum terminum siue per
istud complexum : homo irrationa=
lis sunt in rerum natura puta plures
homines et plura bruta: ergo sequitur q̄
repugnantia et impossibilitas: quare
talis terminus non possit verificari p
pluribus non puenit ex parte rei sc̄ca
te sed citius ex parte modi significan
di et sue impositionis et per conseq̄ns
male dictum est q̄ talis terīus ē terī⁹
cōmunis. ¶ Respōdetur breuiter q̄ il
lud complexum homo irrationalis ē
terminus communis. ¶ Et quando
arguitur plures res per ipsum signifi
cate sunt in rerum natura ergo nō re
pugnat ex parte rei illius verificari d̄
pluribus nego consequentiam qm̄ suf
ficit ad hoc q̄ sit repugnantia ex par=
te rei q̄ res ille significate nō possint
se habere taliter qualiter sc̄antur se ha
bere per talem terminum vnde in illo
termino adducto: sc₃ homo irrationa
lis significatur homo et brutum et hoc
per modum vnius rei ac si facerent v=
num ens. ¶ Ita q̄ si debeat talis ter
minus verificari oportet q̄ eadē res
esset homo et brutum sicut ad hoc q̄d
ly homo alb⁹ verificet̄ de aliquo opor
tet q̄ id idem sit homo et album.
¶ Similimodo dicendum est de isto
termino chymera et de isto complexo
duorum hominum quilibet homo et si
militer de isto complexo homo q̄ non
potest esse: et de quolibet alio includē
te rationem impossibilem cuiusmodi
est iste terminus homo sine anima et
cetera omnes illi termini predicti sūt
termini communes et licet nō possunt
verificari de pluribus repugnantia et
impossibilitas verificandi puenit so=
lum ex parte rei eo q̄ significant rem
aliquam vel res aliquas taliter se ha
bere qualiter non est possibile.

Pro maiori dilucidatione

huius diuisionis duo per ordinem fa
ciemus. Primo instabimus aliquib⁹
argumentationibus contra eam.
¶ Secundo mouebim⁹ aliqua dubia.

Arguitur primo sic omnis

terminus communis est termin⁹ sin=
gularis et quilibet terminus singula=
ris est termin⁹ cōmunis: ergo mem=
bra coincidunt assumptum probatur
quoniā iste terminus sortes qui est sin
gularis est etiam termin⁹ communis
puta scd̄m illam significationem scd̄₃
quam significat omnes terminos sibi
synonimos et etiā pōt probari de quo
libet alio termino singulari. ¶ De
termino cōmuni probatur sic iste ter=
minus homo qui est cōmunis est etiā
singularis puta in significando seip=
sum naturaliter cōmuniter igitur.
¶ Respōdetur cōcedendo istam pro
positionem. ¶ Omnis terminus com
munis est terminus singularis et econ
tra: quoniā dato quocūq₃ termino il=
le in significando seipsum naturaliter
communiter subordinatur vni conce=
ptui singulari qui est adequata natu=
ralis similitudo illius et in significan
do omnes terminos sibi synonimos
subordinatur alteri conceptui cōmu=
ni qui est naturalis similitudo cuiusli
bet talis vt ista vox buf in significan=
do seipsam adequate est terminus sin
gularis et in significando omnes ter=

minos sibi synonimos est communis quoniam subordinatur vni conceptui communi qui est adequata naturalis similitudo cuiuslibꝫ talis termini huf. ¶ Ex isto non habetur ꝙ diuisio sit insufficiens quoniam licet idem terminꝰ sit communis ⁊ singularis hoc est tamen scđm diuersas rationes.

Secundo arguitur ista vox omnis secundū illam significationeꝫ secundū quam significat aliqualiter pure est terminus logicalis vt notuꝫ est et tamen non est terminus cōmunis nec singularis secundum talem significationem igitur diuisum excedit membra diuidentia ¶ Respondetur breuiter cum communis loquentibus ꝙ diuisum predicte diuisionis est hoc totum terminus logicalis significās aliquid vel aliqua modo ly omnis secūdum suam significationem sincategoreumaticam non significat aliquid nec aliqua.

¶ Contra hoc replicatur significato isto complexo iste homo per ly iste demonstrando sortem verū est dicere ꝙ ille terminus homo sumptꝰ ibi tanꝙ pars est terminus significans aliquid: vel aliqua: et tamen non est terminus communis neque singularis: ergo diuisio est insufficiens. Minor probatur pͥmo nō est terminꝰ communis quoniam singularizatur: per illud pronomen iste ⁊ ꝙ non nō fit terminus singularis patet quoniaꝫ ille terminus homo habebit ibi eandē significationem quam prius sibi nō repugnabat verificari de pluribꝰ ex modo suo significandi ergo neꝙ nunc sibi repugnat et per consequens est terminus communis. ¶ Respondetur breuiter ꝙ ille terminus homo qui est pars illiꝰ complexi iste homo: est terminus communis et non singularis: et quando dicis singularisatur per illud pronomen iste. ergo est singularis respondetur distinguendo antecedēs vel ad hunc sensum ꝙ ly iste faciat illum terminum homo esse singularem et sic nego: vel ad istum sensum ꝙ ex pronomine ⁊ ex illo termino homo: fiat vnus terminus singularis ⁊ sic cōcedo nulli enim dubium est: quin iste terminus iste homo est terminus singularis regula generalis ē ꝙ aggregatum ex pronomine demonstratiuo et termino communi est semper terminus singularis.

Tertio arguitur si quis eēt terminus singularis maxime esset ly sortes ſm suam significationem vitiatam sed hoc non. igitur probatur minor quoniam ly sortes ſcat illum sortem qui nunc est ⁊ illum qui fuit puer et hoc vniuoce ⁊ diuisim potest ꝑ illis verificari ergo sequitur ꝙ ſm talē significationem est terminus communis ⁊ per ꝯn̄s non singularis. ¶ Rn̄dentes significet sortē qui nunc est: et sortem qui fuit puer ⁊ infans ⁊ hoc diuisim nō tn̄ vniuoce sed equoce mediantibus diuersis cōceptibus singularibus: ita similimodo dicendum est de isto termino sortes in significando totum residuum ipsius dempto digito. ¶ Sed dices ista dictio sortes impōebatur a patre baptizante ad significādum solum illum qui tūc erat tempore baptismi et ille qui tunc erat nō est iste ergo non significat istum ⁊ per cōsequens non significat istos equiuoce

Ad hanc replicam respondetur ꝙ licet pater baptizans impōebat illum terminum sortes formaliter ad significandū sorteꝫ qui tūc erat equalenter tamen ⁊ ex consequente iponebat ad ſcandum omnem hominem qui poterat illi succedere per augmētum vel decrementum manente simili anima. Hoc tamen fit diuersis conceptibus mediantibus. ¶ Sed replicaret aliquis sic postꝙ ille qui nūc est

sortes quando est vir: non est idem cũ illo qui erat sortes puer: sequit̃ ꝙ sortes qui nunc est vir non est christian⁹ patet quia non est baptizatus qm̃ iste idem qui nũc est a nullo fuit baptizatus. ¶ Respondetur breuiter negando sequelam ⁊ dico ꝙ ad hoc ꝙ aliqs sit baptizatus sufficit ꝙ aliquis alius habens eandẽ aĩam numero cuʒ isto: cui iste successit per augmentum ⁊ nutrimentum naturale fuit baptizatus: modo sic est ꝙ sortes puer fuit baptizatus cui successit sortes vir habẽs eãdem animam.

Quarto arguitur hoc complexum hec eẽtia diuina est terminus significans aliquid vel aliqua ⁊ tamẽ non est terminus communis nec singularis ergo diuisio est insufficiens. ¶ Pro solutione huius argumenti: notandum est ꝙ in hac benedicta trinitate in diuinis vna res est tres res: ⁊ quelibet illarũ quod non potest cõtingere in creaturis.

Notandum est secundo ꝙ illi termini qui dicunt̃ adequate de deo habent duplicem significationem vcʒ significationem personalem ⁊ significationem essentialem ⁊ secundum diuersas tales significationes contigit ꝓpositionem compositam ex talibus terminis esse verã vel falsam. verbigratia iste terminus pater vna significatione sĩcat personam patris: et alia sĩcatione sĩcat essentiam diuinam: ide est ꝙ ista ꝓpositio pater in diuinis est filius est distinguenda qꝛ vel termini capiuntur sm̃ sĩcationem personalem ⁊ tunc illa ꝓpositio est heretica si vero capiatur sm̃ sĩcationem essentialeʒ illa posset cõcedi vera. ¶ Ultimo notandum est ꝙ aliquis termin⁹ potest dici communis dupliciter Unomodo quia sibi non repugnat ex suo mõ sĩcãdi verificari de pluribus rebus tã essentialiter q̃ꝫ personaliter distinctis ⁊ hoc mõ loquendo iste termin⁹ hec essentia diuina non est terminus cõmunis licet bene ly essentia diuina similiter ly deus dicantur hoc modo termini communes. ¶ Alio modo dicitur terminus esse communis quia potest verificari de pluribus personaliter vl essentialiter distinctis ⁊ sm̃ istum modum loquẽdi ly hec essentia diuina ẽ terminus communis per ꝓnomen demonstrando ipsam essentiam ex istis facilis patet solutio argumenti.

Quinto arguitur iste terminus sortes vel plato significat aliquid vel aliqua ⁊ tamen non est terminus communis nec singularis igitur.

¶ Respondetur breuiter ꝙ ille terminus est terminus communis ⁊ ꝓ hoc solet poni regula. Omne disiunctũ cõpositum ex terminis singularibus nõ synonimis est termin⁹ communis cuiusmodi est istud disiunctum sortes vl plato assumptum in argumentatione ¶ Dixi notanter non synonimis propter hoc disiunctum ⁊ similia sortes/ vel sortes. ¶ Alia regula. Om̃e disiũctum cuius vna pars pricipalis ẽ terminus communis disiunctum est terminus communus exemplum vt hoc disiunctum sortes vel homo. Sed ex istis correlarie sequitur ꝙ est aliquis terminus communis qui componitur adequate ex terminis singularibus: vt patet de hoc disiũcto sor. vel plato.

¶ Sexto arguitur iste terminus sortes ⁊ plato sĩcat aliquid vel aliqua ⁊ tamen non est terminus cõmunis nec singularis igitur diuisio ẽ insufficiens.

¶ Respondetur breuiter ꝙ illud copulatum sortes et plato est terminus singularis quoniam non potest ⁊ ei repugnat verificari diuisim de plurib⁹.

¶ Replicatur sic illud copulatum sortes ⁊ plato potest verificari de pluribus diuisim ⁊ vniuoce igitur solutõ

nulla aſſumptuꝫ probatur ⁊ capio ſor
tem ⁊ platonem: illis ⁊ ſic manentibꝰ
Pariſius volo ꝙ ex corpore ſortis et
anima platonis fiat vnus homo rome
⁊ vocetur Gobertus ex corpore plato
nis et anima ſortis fiat vnus aliꝰ ho-
mo rome ⁊ vocetur guilielmus in illo
caſu illud copulatum ſortes ⁊ plato ꝑ
mo verificatur de ſorte ⁊ platone ⁊ ēt
verificaꝛ de goberto ⁊ guilielmo quo
niam iſta ꝓpō eſt vera Gobertus et
guilielmus ſunt ſortes ⁊ plato quod
ſic probatur quoniam iſte quatuor ꝑ-
tes per illud pronomen iſte demōſtrā
do iſtas duas materias et illas duas
animas ſunt ſortes ⁊ plato: ⁊ iſte qua
tuor partes ſunt Gobertus ⁊ Guiliel
mus ergo gobertus ⁊ guilielmus ſūt
ſortes ⁊ plato. ¶ Reſpondetur breui
ter ꝙ in illo caſu poſito eſt conceden-
duꝫ ꝙ ille terminus ſortes ⁊ plato ve
rificatur de ſorte ⁊ platone et etiaꝫ de
Goberto ⁊ guilielmo tamen ex hoc nō
ſequitur ꝙ ſit terminꝰ communis: q̄a
dico ꝙ gobertus ⁊ guilielmus ſūt ſor
tes ⁊ plato. ¶ Et ideo tu non das ali-
quas res de quibus verificatur que
non ſunt ſortes ⁊ plato. ¶ Iſtud cla-
rius patet capiendo iſtas quatuor lit
teras ſcriptas in pariete vꝫ duo. a. ⁊
duo. b ex prima littera. a. et primo. b.
fiat vna ſyllaba ⁊ ex illamet prima lit
tera a. cum ſecundo. b. fiat vna alia ſil
laba et ex ſcd̄o. a. cum prima littera.
b. fiat vna alia ſyllaba et ex illomet ſe
cundo. a. ⁊ ſecundo. b. fiat alia ſylla-
ba notum eſt ꝙ pro illis quattuor ſyl
labis ſunt duntaxat ille quattuor lit-
tere, ⁊ ita quatuor ſyllabe non ſunt ni-
ſi illemet quatuor littere.

Sed ad generaliter cogno-

ſcendum de quolibꝫ copulato propoſi
to. An ſit terminus communis vel ſin
gularis ponuntur due regule quaruꝫ
prima eſt ꝙ omne copulatū cuius am
be partes principales ſunt termini ſin
gulares eſt terminus ſingularis exē-
plum eſt de iſto copulato ſortes ⁊ pla-
to ⁊ ſic de ſimilibus.

Secunda regula eſt . omne

copulatum cuius vna pars principa-
lis eſt terminus communis eſt etiam
terminꝰ communis exēplū eſt de iſto
copulato ſortes ⁊ hō qd̄ verificatur de
ſorte ⁊ platone ⁊ etiam de ſorte ⁊ go-
berto ⁊ ſic patet ꝙ faciendo verifica-
tionem illius copulati oportet ſꝑ ca-
pere ſortē cum vno alio homine.

Sed contra iſtam ſecundaꝫ

regulam occurrunt nobis ꝓnūc tres
inſtantie prima eſt q̄n tale copulatum
ſic ſe habet ꝙ vna ꝑs principalis eſt
terminus ſingularis et alia pars eiꝰ
eſt aggregatū ex termino cōi ſuꝑiori
ad illum terminū ſingularem ⁊ ſigno
vniuerſali ipſum complete diſtribuen
te exemplum eſt vt hoc copulatū ſor-
tes ⁊ omnis homo eſt terminꝰ ſingu-
laris potens ſolum verificari de ſorte
et tn̄ vna pars eius principalis : puta
ly omnis hō eſt terminꝰ communis.

Secu[n]da inſtantia eſt quan

do co[p]ulatū taliter ſe hꝫ ꝙ vna ꝑs eiꝰ
pri[n]cipal' eſt teriꝰ ſinglr̄is: et altera
ꝑs ꝑ̄ncipalis illiꝰ copulati eſt teriꝰ
cōis adequate tn̄ ſ̄cans ꝑtē illiꝰ rei ꝓ
q̄ ſupponit talis teriꝰ ſinglr̄is. exēm.
eſt de iſto copulato ſortes ⁊ ꝑs ꝯtitatiua
ſortis. ¶ Tertia inſtantia eſt q̄n
copulatū ſic ſe hꝫ ꝙ vna eius ꝑs prin-
cipalis accipitur diſcrete ſinglr̄ ⁊ ꝯiū
ctim ꝓ aliqbꝰ ⁊ altera ꝑs principalis
accipitur communiter ꝓ quolibet illo
rum. exemplū eſt de iſto copulato ſor
tes ⁊ plato ⁊ ſortes vel plato ſuppoſi-
to ꝙ ly ⁊: capiatur hic pro copula prin
cipali ⁊ et non ly vel: tale copulatum
in tali ſenſu eſt mere terminus ſingu-
laris ſupponens ſolum ꝓ ſorte ⁊ pla-
tone ſimul ſumptis ⁊ tn̄ vna pars eius
principalis puta hoc diſiunctum ſor.
vel plato eſt terminus communis.

Relictis argumentationibꝰ mouentur dubia. primo dubitatur de complexis que ſunt conditionata cuiuſmodi ſunt hec ſortes ſi eſt plato homo ſi eſt hōmo: ⁊ ſic de ſimilibus. An videlicet ſit dabile aliqd̓ conditionatum quod ſit terminus communis ⁊ aliquod quod ſit terminꝰ ſingularis. ¶ Rñr breuiter vt inpluriuni quodlibet conditionatū eſt terminus cōmunis hoc vnico caſu dempto ſcꝫ quando terminus precedens ly ſi eſt terminus ſingulariter tentus ⁊ terminꝰ ſequens ly ſi eſt terminus tranſcendēs vel terminus infinitus, ſecum cōtradictorius puta illius termini ſingularꝭ precedentis ly ſi tunc tale cōditionatuꝫ eſt terminus ſingularis exemplū prime partis eſt de hoc conditionato ſortes ſi eſt ens exemplū ſecunde partis eſt de hoc cōditionato ſortes ſi eſt nō ſortes quod eſt terminus ſingularis pro ſolo ſorte ſupponens.

Secundo dubitatur de terminis complexis complexione indiſtante qui ſignificant aliquid vel aliqua An ſint termini cōmunes vel ſingulares. ¶ Pro huius difficultatis enodatione ſolent poni ꝓpoſitiones. ¶ Prima ē omne aggregatū ex duobus rectis: quorum vnus eſt terminꝰ ſingularis ſingulariter tētus tale aggregatū eſt terminus ſingularis: vt ſic dicendo homo exiſtens ſortes ens quod eſt ſortes ſimiliter entia q̄ ſunt ſortes omne tale aggregatum eſt terminus ſingularis. ¶ Secūda propoſitio eſt omne complexum ex recto et obliquo ſi rectus eſt terminus cōmunis totum aggregatum eſt terminus communis ſi vero rectus fuerit terminus ſingularis totum aggregatū eſt terminus ſingularis ratiōe ꝑme partis huius propoſitionis: hoc totū platonis aſinus eſt: terminus communis ⁊ ratione ſcd̓e partis hoc totū hominis brunellus eſt terminꝰ ſingularis.

Sed circa iſtam ſecundam propoſitionem occurrit vna inſtantia ſcilicet quando tale complexū taliter ſe habet ꝙ obliquus eſt terminus ſingularis ſupponēs pro aliqua re totali, ⁊ rectus eſt terminus ꝯmunis ſupponens pro parte illius totius rei: ex exemplum eſt de hoc toto cōplexo platonis anima rationalis: quod cōplexum eſt terminus ſingularis potens ſolum accipi pro anima ipſius platonis ⁊ hoc debet intelligi capiendo ly platonis non vt dicat poſſeſſionē ſed vt regatur ex vi partis.

Tertio dubitatur vtrū hoc complexū omnis ſummuliſta futurus ſit terminus cōmunis vel ſingularis. ¶ Reſpondetur ad iſtud dubium per aliquas propoſitiōes: quarum prima eſt ſicut datur aliquis terminus communis qui poteſt ſupponere pro pluribus ſimul ⁊ ſemel et etiam ſucceſſiue ita etiam datur aliquis qui nō poteſt ſupponere pro pluribus ſimul ⁊ ſemel ſed bene ſucceſſiue prima pars patet de iſtis terminis homo animal ſecūda pars ꝓbatur de iſtis terminis omnis homo omne animal. quoniaꝫ non ſtat ꝙ ſortes ſit omnis homo ⁊ quod plato ſimul ⁊ ſemel exiſtat cum eo.

Secunda propoſitio aliqs eſt terminus cōmunis cui repugnat ſupponere pro pluribus ſucceſſiue licet bene poſſit ſupponere pro pluribꝰ ſimul ⁊ ſemel hec propoſitio patet de iſto complexo homo in hoc inſtanti per pronomen demōſtrando inſtans preſens. ¶ Additio. ¶ Intellige hanc propoſitionē naturaliter loquendo quia ſuppernaturaliter poſſet verificari de pluribus ſucceſſiue puta ſi deus produceret illud inſtans.

¶ Tertia propoſitio aliquis eſt terminus communis cui repugnat ex mo-

do suo significandi supponere ꝓ pluribus simul ⁊ semel: ⁊ cui repugnat etiam supponere ꝓ pluribus successiue: hec ꝓpositio pȝ de isto complexo omnis summulista futurus quod non potest simul supponere ꝓ pluribus quia impossibile est ꝙ sortes sit omnis summulista futurus ⁊ ꝙ plato pro tunc sit omnis summulista futurus.

¶ Nec etiam stat ꝙ sortes sit omnis summulista futurus ⁊ ꝙ plato in posterum sit omnis summulista: futurus. quia tūc sequeretur ꝙ sortes est vel erit plato vt patet deducēti et argumentanti.

Quarta propositio. ad hoc ꝙ aliquis terminus dicatur communis sufficit ꝙ talis terminus possit accipi ꝓ vna re ⁊ ꝙ etiam ßm eundē modum ßcandi possint accipi ꝓ alia re in sensu diuiso dato ꝙ nō posset in sensu composito modo sic est de isto cōplexo omnis summulista futurus ꝙ pōt indifferenter accipi ꝓ sorte vel ꝓ platone sed postꝙ semel capitˀ ꝓ aliquo ⁊ verificatur pro illo non stat ꝙ in posterum verificetur ꝓ altero ⁊ hec de hac diuisione sufficiant.

Octaua diuisio terminorum

Quidam dicitur terminus congnotatiuus quidam absolutus. Terminus congnotatiuus est: qui vltra illud pro quo natˀ est supponere vel accipi importat aliquam rem vel denotat aliquam rem aliqualiter se habere exēplum prime partis vt ly album ly nigrum exemplum secunde vt ly sedēs: ly currens. Terminus absolutus est ille qui vltra illud ꝓ quo natus ē supponere vel accipi nihil importat neqꝫ significat aliquam rem, aliqualiter se habere vt ly homo ly animal.

Pro intelligentia istarum diffinitionum Notandum est primo ꝙ terminus dicitˀ supponere ꝓ aliquo quando est verificabilis de illo mediante copula sue ꝓpositiōis in qua ponitˀ vt iste terminus homo supponit ꝓ sorte: nam verum est dicere ꝙ sortes ē homo. ¶ Secundo notandum est ꝙ q̄libet terminus congnotatiuus habet duplex significatum materiale ⁊ ßcatum formale materiale ßcatum est illud ꝓ quo talis terminus supponit vel natus est supponere: formale vero significatum est illud quod terminˀ importat vltra materiale exemplum: vt iste terminus album habet duo significata videlicet significatum materiale quo significat omnem rem que pōt esse alba ⁊ significatum formale quo importat et representat albedinem et ita de aliꝫs exemplificare potest.

Preterea notandum venit ꝙ aliqui sunt teri cognotatiui taliter se habētes ꝙ res quas representāt de formali ßcato distinguuntur realiter ab omnibus illis rebus quas repñsentant de materiali/ vt istius termini album ßcatuȝ materiale est res alba: sȝ formale eius ßcatum est ip̄a albedo ⁊ ita sua ßcata sunt res diuerse ⁊ pro talibus ponitur hec regula. Nunꝙ aliquis terminˀ cognotatiuus cuius ßcatum materiale distinguitur a formali natus est nec posset supponere ꝓ suo significato formali vt ly albuȝ neqꝫ supponere ꝓ albedine neqꝫ ly nigrum ꝓ nigredine. ¶ Aliꝫ sunt termini cognotatiui in quibus significatum formale ⁊ ßcatum materiale sunt eadem res/ vt iste terminus currens de materiali ßcat sortem et de formali importat cursum qui non est alia res ꝙ ip̄emet sortes currens. Similimodo creans de materiali ßcat deum ⁊ de formali: importat creationē: modo creatio dei non est alia res ꝙ ipsemet deˀ creās.

Ex istis notabilibus clarēt singule particule posite in diffinitiōe et nulla illarum ponitur superflue: vt

facile eſt explicare intelligenti.

Conſequenter aduertendũ
eſt ꝙ terminꝰ connotatiuꝰ eſt du plex
ſcʒ cognotatiuus intrinſece ⁊ cogno=
tatiuus extrinſece.

Terminus dicitur cognota
tiuus intrinſece qui vltra illud ꝓ quo
natus eſt ſupponere de formali impor
tat partem vel ꝑfectionẽ eſſentialẽ il=
lius rei pro qua natus eſt eſt ſuppone
re: cuiuſmodi eſt iſte terminus ratiõa
le: ſupponit enim pro homine ⁊ cono=
tat animam rationaleʒ. ¶ Terminus
cognotatiuus extrinſece eſt terminus
qui vltra illud ꝓ quo ſupponit aliqđ
accidẽtale importat vel modum ſe ha
bendi accidentalẽ cuiuſmodi ſunt iſti
termini album currens nigruʒ ſedẽs
⁊c. ¶ Dicitur etiam terminus cogno=
tatiuus mixtus videlicet qui ex vna ꝑ
te eſſet terminus cognotatiuus intri=
ſece ⁊ pro alia eſſet terminus cogno=
tatiuus extrinſece cuiuſmodi eſt iſtud
aggregatum rationale vel currens.

Circa hanc materiaʒ termi=
norum ſolent poni due regule doctri=
nales quarum prima eſt hec deficien=
te cognotatione termini cognotatiui
deficit ⁊ eius ſuppoſitio hoc eſt dice=
re ſi alicuius termini cognotatiui ſ̄ca
tum materiale alicui conueniat ⁊ nõ
ſ̄catum formale talis terminus con=
gnotatiuus non ſupponit ꝓ illo ver=
bi gratia iſte terminus album ſ̄cat rẽ
nigram puta ethiopem ⁊ tamen non
ſupponit pro illa ex eo ꝙ talis res nõ
habet albedinem.

Regula ſecunda cognoſcit
aliquis terminus eſſe cognotatiuus
per hoc ꝙ talis terminus ſupponit ꝓ
aliqua re ⁊ ſtat illam reʒ eſſe vnũ ens
in rerum natura ⁊ ꝙ talis terminꝰ ma
nens in propoſitiõe mediante copula
de p̄ſenti nõ amplius ſupponat pro il
la re: verbi gratia cognoſco iſtum ter
minum album eſſe cognotatiuum qm̃
manente forte pro quo nunc ſupponit
poteſt non ſupponere ꝓ ipſo videlicet
ſi ei auferatur albedo. ¶ Sed hec r̄la
inueniendi terminum cognotatiuum
non conuenit terminis cognotatiuis
intrinſece: nam iſte terminus rationa
le pro homine ſupponit neq̧ poteſt eẽ
homo quin pro illo ſuppõat: ſimilimo
do non conuenit omnibꝰ terminis co=
gnotatiuis extrinſece patet de iſto ter
mino riſibile nihilominus tamen cui
cunq̧ termino conueniat regula iſta
ſecunda talis eſt terminus cognotati
uus hoc eſt dictu: hec conſequentia ẽ
bona hec regula conuenit huic termi
no ergo hic terminus eſt connotatiuꝰ

Additio. ¶ Sed nõ valet hec cõ=
ſequentia hic terminus eſt connotati
uus ergo habet cõditiones regule vt
demonſtrant exempla prius poſita.

Contra iſtam diuiſioneʒ pri
mo arguitur ſic iſta negatio non et ſi=
militer quilibet terminus tentus ſin=
cathegoreumatice eſt terminus logi=
calis et tamen non eſt connotatiuus
neq̧ abſolutus ergo diuiſio mala.
¶ Reſpondetur breuiter ꝙ diuiſuʒ pre
dicte diuiſionis eſt hoc totum.
¶ Terminus logicalis ſignificãs ali=
quid vel aliqua modo negatio nichil
nec aliqua ſ̄cat inquantuʒ hm̃oi.

Replicatur ſic iſtud comple
xum, anima alba eſt terminus ſignifi=
cans aliquid vel aliqua ⁊ tamen nec
eſt cognotatiuus nec abſolutus ergo
diuiſio inſufficiens minor probatᷣ quo
niam vna pars eius eſt terminus co=
gnotatiuus ⁊ alia terminus abſolutꝰ
ergo non eſt maior ratio ꝙ debeat di
ci cognotatiuus q̃ȝ abſolutus. ¶ Re=
ſpondetur ponendo hãc regulam.
¶ Omne complexuʒ cuius aliqua ꝑs
eſt terminus cognotatiuus totum ta=
le complexum dicitur terminus cog̃=
tatiuus quoniam ei conuenit diffini=

no termini cognotatiui.

Replicatur sic iste terminus chymera est terminus significans ali
quid vel aliqua vt notum est ⁊ tamen
non est cognotatiuus nec absolut⁹ ꝓ
mo non est terminus absolutus vt no
tum est ⁊ ꝙ non sit cognotatiuus pro
batur quia ꝓ nullo supponit nec pōt
supponere ⁊ per cōsequens vltra illð
pro quo supponit nihil nec aliqua nec
aliqualiter importat. ¶ Responde-
tur breuiter q𝔡 ille terminus chyme-
ra est terminus cognotatiuus ⁊ licet
vltra illud ꝓ quo supponit nihil nec a-
liqualiter importet nihilominus tam̄
vltra illud ꝓ quo natum est accipi im
portat aliquem modum se habēdi ac-
cidentalem adiacere rei ꝓ qua acci-
pitur. hoc sic declaratur quoniam ly
chymera de materiali sgcato ꝓ quali-
bet re mundi accipitur ⁊ de formali co
gnotat ꝙ talis res sit vnum ⁊ compo
sita ex partibus non potentibus face
re vnum. Et ita eius cognotatio est
impossibilis.

Arguitur secūdo si aliquis esset terminus cognotatiuus maxime
esset ly coloratum sed hoc non igitur
diuisio est insufficiens minor probat᷑:
quia si esset cognotatiuus vel cogno-
taret colorem singulariter tantum vl'
colores pluraliter non primum: quia
tunc idem esset dicere coloratum ⁊ a-
liquo colore coloratum sed hoc ē flm̄
quoniam casu quo sortes ꝓ vna medi
etate sua esset albus ⁊ ꝓ altera medie
tate niger tunc verum est dicere quod
sortes est coloratus quia per quamli-
bet sui partem hꝫ colorē et tamen fal-
suꝫ est dicere ꝙ sit aliquo colore colo
ratus igit᷑. Et ꝙ non cōnotet colores
in numero plurali patet sic: qm̄ si ali-
quis per totum corpus suum haberet
vnum albedinem esset coloratus ⁊ ta-
men non pluribus colorib⁹ colorat⁹:
igitur. ¶ Rn̄r breuiter ponēdo hanc
regulam vt ī plurimū oīs termin⁹ cō
gnotatiuus importat suum sgcatuꝫ tā
singulariter ꝙ̄ plr̄. sub disiunctione: ⁊
hoc cuiuscūq̄ nūeri fuerit talis teri⁹
cognotatiuus. verbi gratia iste teri⁹
coloratum cognotat colorem vel colo
res. Et silr̄ ille termin⁹ colorati quo-
niam casu quo essent quatuor hoīes
⁊ in quolibet illoꝝ esset eadem albe-
do nūero verū esset dicere ꝙ isti sunt
colorati q2 qlꝫ est coloratus ꝫ ille ter
minus pluralis numeri cognotat sin-
gulariter ⁊ plr̄ sub disiunctione.

¶ Replicatur sic in illo casu posito ꝙ
vna medietas sortis sit alba ⁊ alia sit
nigra flm̄ ē dicere ꝙ sortes sit colora-
tus: ꝓbo quia vel albus vel niger vel
aliqua alia specie coloris coloratus.
¶ Rn̄r ꝙ sortes in casu posito est colo
ratus ⁊ tn̄ nulla vnica specie coloris
est coloratus qm̄ ly coloratus impor
tat colorē vel colores sub disiunctiōe.
¶ Ex isto sequitur ꝙ aliq̄s teri⁹ ma-
gis cōis superior supponit pro aliquo
⁊ tn̄ nullus terīus inferior ad illū sup
ponit nec verificabilis ē pro illo hoc
totuꝫ patet in casu argumenti posito.
¶ Sed queres vtrum in casu illo sit
concedendum ꝙ sortes sit albus vl' ꝙ
sit niger. ¶ Rn̄r ꝙ non iō ponitur hec
regula. Ad hoc ꝙ aliqd dicat᷑ album
opꝫ ꝙ pars maior ꝙ̄ medietas ei⁹ sm̄
se ⁊ quolꝫ sui sit alba. Et similiter di-
catur ad hoc ꝙ aliqua res sit nigra.
¶ Forte dices bene sequitur sortes ē
albū ⁊ nigruꝫ in casu arī posito ergo
sortes est albus ⁊ sortes est niger.
¶ Rn̄r concedendo añs capiendo ly
⁊ cōplexiue. quoniā sor ē aliqua duo
quoꝝ vnū est albū ⁊ aliud nigrum sed
negat᷑ ꝯña facta quemadmodū nō se-
quitur sor est corp⁹ ⁊ anima: ergo sor
est corpus ⁊ sor est anima.
¶ Tertio arguit᷑ iste termin⁹ hō pro-
ut verificat᷑ de deo est terīus cognota
tiuus ⁊ tn̄ nichil nec aliqua importat
vltra materiale significatum.
¶ Pro solutiōe hui⁹ argumēti pōnūr

alique propoſitiones. Prima iſte ter
minus homo prout dicitur de deo et
de homine creato capitur equiuoce.
Nam ſignificat deum mediante vna
noticia que eſt cõnotatiua ⁊ eſt natu=
ralis ſimilitudo ipſius dei ⁊ de forma
li connotat humanitatem aſſumptam
⁊ vnitã eſſe diuinitati ⁊ ſignificat om
nes homines creatos mediante alia
noticia que eſt terminus obſolutus ⁊
adequata naturalis ſimilitudo om=
nium hominum creatorum.

Propoſitio ſecunda huma
nitas chriſti non eſt ipſe chriſtus: ſed
eſt vnum compoſitũ ex corpore ⁊ ani
ma rationali ſicut aliquis ali⁹ homo:
que quidem humanitas pmo quo ad
corpus eſt formata in virginis vtero
ex eius puriſſimo ſanguie ſecluſa om=
ni corruptione ſeminis deinde illi cor
pori poſt eius organiſationem infuſa
et creata eſt vna anima rationalis et
factum eſt vnum compoſitum quod ꝓ
illo primo inſtãti infuſionis anime eſt
aſſumptum ⁊ ſubſtentatum hypoſtati
ce a filio in diuinis ſed tale aggrega
tum ex ſolo deo ⁊ illa humanitate nõ
eſt deus neqꝫ creatura. ¶ Tertia pro=
poſitio ſecũda perſona in diuinis vi=
delicet filius dei ſit vnit⁹ eſt illi huma
nitati ꝯpoſite ex corpore ⁊ anima ra=
tionali ꝙ ratione talis vnionis ipſe fi
lius dei dicitur homo capiendo ly ho
mo cõnotatiue quemadmoduꝫ ſortes
dicitur albus propter albedineꝫ ei cõ
iunctam ⁊ inherentem. ¶ Sed hoc di
ſcriminis eſt ꝙ humanitas non inhe=
ret filio dei ſicut albedo ſorti. ¶ Ex
iſto correlarie ſequitur ꝙ ante incar=
natione deus nõ dicebatur hõ ⁊ etiaꝫ
ſi dimitteret illam humanitatem non
amplius eſſet homo. ¶ Secundo ſequi
tur ꝙ ille terminus homo prout dici=
tur de deo eſt terminus cõnotatiuus
⁊ ꝯnotat humanitatẽ eſſe aſſumptam

Quarto arguitur iſte termi
nus ſortes vel iſte terminus guilliel=
mus ſupponit ꝓ corpore ⁊ anima con
iunctim: ⁊ mortuo ſorte adhuc mane=
bunt corpus ⁊ anima ⁊ ly ſortes non
ſupponet amplius pro illis: igitur il=
le terminus ſortes eſt cõnotatiuus ꝙ
ſi concedis illatum ¶ Contra ſimili ra=
tione quilibet terminus ſignificãs et
ſupponens pro re diuiſibili eſſet ter=
minus cõnotatiuus: ſed concedere il
lud eſſet abſurdum igitur. ¶ Reſpon=
detur breuiter ꝙ ille terminus ſortes
in ſignificando ſortem vel corpus et
animam ſortis eſt terminus abſolu=
tus ⁊ non cõnotatiuus. Et quãdo ar=
guitur mortuo ſorte manebunt corp⁹
⁊ anima in rerum natura ⁊ ille termi
nus ſortes non ſupponet pro illis igi
tur eſt terminus cõnotatiuus. ¶ Re=
ſpondetur negando conſequẽtiã quo
niam defectus quare non ſupponit ꝓ
illis non eſt propter defectum conno
tationis illius termini ſed eſt propter
defectuꝫ ⁊ corruptionem alicuius rei
pro qua antea ſupponebat ly ſortes q̃
res erat illud corpus et illa anima
coniunctim.

Sed contra hoc replicatur
iſte terminus hec entia, demonſtrãdo
illud corpus ⁊ illam animam: eaſdem
res omnino ſignificat ſicut ille termi=
nus ſortes ergo ꝙ ſit verũ dicere ſor
te mortuo ꝙ hec entia ſunt corpus et
anima hoc eſt ꝙ ille terminus ſortes
aliquo modo ſignificat illa entia qua
liter ille terminus hec entia nõ ſigni=
ficat ⁊ non videtur alius modus quã
connotatiuus puta connotando ptes
illas eſſe vnum igitur relinquitur qd
ly ſortes ſit terminus connotatiuus.
¶ Similimodo poſſet argui de quo=
libet termino ſignificãte rẽ diuiſibilẽ

Ad hanc replicam ſatis dif
ficilem reſpõdetur breuiter ꝙ ille ter
min⁹ ſortes nõ ſignificat aliquo alio
modo illas partes ꝗꝫ ly hec entia et

quādo queris: quare sorte mortuo ly
hec entis supponit pro illis ꝑtibus et
non ly sortes: dico ꝙ hoc non est pro-
pter defectum cōnotationis de ly sor-
tes/ sed est propter corruptionē alicu-
ius rei pro qua priꝰ supponebat ly sor
tes: puta propter corruptionem totiꝰ
compositi ex illis partibus. ¶ Corre
larie sequitur ꝙ ly hec entis per pro-
nomen demonstrādo materiam ⁊ for-
mā sortis est aliquomodo terminꝰ ma
gis cōmunis q̄ ly sortes quia bene se
quitur sortes est: ergo hec entia sunt
sed non econtra. ¶ Additio.

Sed contra solutionem nu-
per tactam arguitur sic: ex illa datur
modus substinendi vt ly album nō sit
terminus cōnotatiuus. Nam eodem
modo diceretur si sortes nunc sit albꝰ
⁊ imediate post hoc erit niger: ꝙ cau-
sa quare ly album non supponet post
hoc pro sorte non est defectus conno-
tationis de ly albū sed est propter cor
ruptionem albedinis sicut prius dice
batur ꝙ causa quare iste terminus
sortes (sorte mortuo) non amplius sup
ponit pro sorte non est defectus con-
notationis illius termini sortes: sed
propter corruptionez rei pro q̄ prius
supponebat.

Forte dices negādo assum-
ptum nec est simile/ quia ly albuz non
est natum supponere pro tali albedi-
ne: corrupta: etiam dato que non cor-
rumperetur: sed bene ly sortes natus
est supponere ꝓ tali re/ seu pro tali cō
posito quod corrumpetur. Sed iteruz
queritur postq̄ igitur ille terminus
hecentia eodem modo significat sor-
tem: sicut ille terminus sortes puta
absolute: ⁊ sic de aliīs modis signifi-
candi adminus capiendo imcomple-
xe: quare non desinit etiam suppone-
re pro sorte adueniente tali corruptio
ne illius rei ꝓ qua prius supponebat
sicut desinit ly sortes.

¶ Aduertas quod quidaz
profundus logicus ⁊ sui sequaces pro
pter has obiectiones concesserunt il-
lum terminum sortes esse cōnotatiuū
⁊ ex consequeti oīes terminos signi
ficantes rem diuisibilem ⁊ nō ex toto
siue apparentia nihilominus tamen
quia tales termini homo sortes aliter
non ponerentur in predicamēto sub-
stantie cum essent cōnotatiui illud est
cōtra cōmuniter loquentes in predi-
camentis nec he rationes cogūt nos
id dicere qua propter illos non imita
mur sed cum cōmuniter loquentibus
dicimus hos terminos absolutos.

Et ad vltimum quesituz re-
spondetur causam esse diuersum mo-
dum significandi accidētalem ⁊ grā-
maticalem: vnus eīm imponebatur in
plurali tantum ⁊ alter solum in singu-
lari: quare vnus potest supponere pro
pluribus siue faciant vnum ens siue
non est alius solum pro rebus facien-
tibus vnum ens puta sortem.

¶ Et do analogiam de istis
duobꝰ terminis homo ⁊ hoies: nā isti
dato ꝙ sint synonimi de modo signifi
candi essentiali non tamē de modo si-
gnificandi accidentali ⁊ grāmaticali
et modus ficandi grāmaticalis de ly
homo est reddere suppositum verbis
numeri singularis. ¶ Sed modus si-
gnificandi de ly hoies grāmaticalis
est reddere suppositum verbis solum
numeri pluralis: ⁊ sic ly homo solum
supponit pro rebus facientibus vnuz
ens ⁊ ly hoies nullo modo pōt ⁊ hoc
loquendo de totali homine ⁊ nullꝰ ta
men illorum est connotatiuus.

Aduertas huic argumento
variīs vario modo respondent vix ta
men vnum inuenias (soluendo) repli-
cas extinguētem. Sed ne ingenia au
ditorum cōfunderemus vnico mō qui
nobis breuior atq̄ probabilior vide-

batur inter respondendū diximus: et regulariter vbicūꝫ tot solutiōes inuenies obiectionē illaȝ cuius tot sunt diuerse solutiōes centicosam censeas

¶ Relictis argumētis breuitatis causa mouentur dubia. ¶ Primo dubitatur an iste terminus homo in significando terminos sibi synonimos sit terminus cōnotatiuus vel an sit terminus absolutus. ¶ Respōdetur breuiter qꝺ est terminus cōnotatiuus in sic significando ⁊ cōnotat qꝺ omnis terminus pro quo supponit̄ sit natus significare iuxta eius suppositionē ⁊ ſcationem. Correlarie sequit̄ ꝙ licet ista vox homo nūc ſcet noticiā omniū hominū si tn̄ deponeret̄ talis vox ab illa ſcatione qua ſcat oēs homines nō amplius ſcaret nec supponeret ꝓ illa noticia licet bn̄ pro qualȝ tali voce vel scriptura homo. ¶ Secundo sequit̄ ꝙ quilȝ terminꝰ mūdi ē cōnotatiuus adminus ſm illā ſcationem ſm quā ſcat oēs terminos sibi synonimos ꝙ patet: quia ſm talē significationem connotat tales terminos habere similem modum significandi.

¶ Secundo dubitatur. An iste terminus hoc album demonstrando sorteȝ sit terminus conotatiuus et si sic qualiter cōnotat. ¶ Respondetur ꝙ talis terminus est cōnotatiuus et cōnotat albedinem cōmuniter sicut ille terminus album nō sequit̄ tamē ex hoc qꝺ sit terminus cōis qm̄ de materiali significato nequit accipi nec supponere pro pluribus ⁊ ideo si imponeretur ista littera a. ad significandū quēlibȝ hoīem cōnotando ꝙ habeat hanc albedinem singulariter talis terminus a. esset terminus cōmunis ⁊ tamen significaret hanc albedinē discrete de formali ſcato: ideo ad terminū eē cōmunē oportet semper respicere ad significandum materiale.

¶ Tertio dubitatur. An hoc complexum non album sit terminus cōnotatiuus ⁊ si sic quid ⁊ qualiter cōnotat. ¶ Rn̄r breuiter ꝙ talis terminus est cōnotatiuus et de formali ſcato ſcat solam albedinem. Sed dices ergo sequitur ꝙ deberet supponere pro re alba postꝗ̄ ſcat illā de materiali ſcato ⁊ eius cōnotatio ei cōuenit. Rn̄r negando ꝯn̄am qm̄ ly non albū licet cōnotet solā albedinē: ꝯnotat tamē illā negatiue: puta nō adesse rei ꝓ qua debet supponere sed deesse: ⁊ huius nature sunt isti termini cecus paup̱ nudus ⁊ similes quoniam ly cecus cōnotat visum priuatiue ⁊ ly pauper diuitias ⁊ ly nudus vestes per modum priuationis connotat.

¶ Quarto dubitatur casu posito qꝺ illa littera a. sit imposita ad ſcandum sortem de materiali: ⁊ cōnotaret aīaȝ rationalē tanꝗ̄ aliqͩ accidentale adiacere sorti. An talis dictio a: in casu esset terminus cōnotatiuus intrinsece. ¶ Respondetur breuiter casu admisso ꝙ non qm̄ ad terminū esse connotatiuum intrinsece duo requirūtur Primo ꝙ talis terminus de formali cōnotet partem rei pro qua natus est supponere vel ꝓpriā perfectionē essentialem eius. ¶ Secundo ꝙ non cōnotet illam partē tanꝗ̄ aliquid accidentale adiacere tali rei.

¶ Ultimo dubitatur: casu quo ista littera a. esset imposita ad significandum sortem cōnotando manum eiꝰ et ista littera b. esset imposita ad significandum vnū angelum cōnotando ꝓpriam perfectionem essentialem eius. An illi duo termini a. ⁊ b. essent duo termini cōnotatiui intrinsece. ¶ Rn̄r breuiter ꝙ sic: quia mihi videtur esse dicendum quod ad terminū esse cōnotatiuum intrinsece non oportet ꝙ cōnotet partem essentialem rei: sed sufficit qꝺ cōnotet aliquam partē illiꝰ rei siue essentialem siue integralem vel ꝓpriam perfectionē essentialem illius

rei pro qua accipitur de materiali sꝫcato
⁊ hec de hac diuisione sufficiant.

Sequitur nona diuisio aliis
precedētib⁹ difficilior que est hec ter-
minorū aliquis est terminus prime in
tentionis ⁊ alius est terminus secūde
intentionis cui⁹ diuisionis diuisum di
citur solū determinatis logicalibus
cathegoreumaticis qm̄ nulla sincathe
goreuma inquantū hmōi est termin⁹
prime vel secunde intentionis. Et in
proposito sub termino prime intentio
nis cōprehendimus terminum prime
impositionis ⁊ ita sub termino secun
de intentionis terminū secūde impo-
sitionis/ taliter ꝙ mēbra diuidētia di
cantur: tam de mentalibus terminis
ꝙ̄ de vocalibus aut scriptis: vnde ter
minus secunde intentionis est termi-
nus significans aliqd ea ratione/ qua
est signū vel significatum. ¶ Et ter-
minus prime intentionis est termin⁹
significans aliquid nō ea ratione qua
istud est signum vel significatū. Et in
istis diffinitionibus absoluuntur ter-
mini a numero. ¶ Et per ly signū in-
telligatur terminus logicalis signifi
cans aliquid vel aliqua ad placitū ꝓ
prie vel naturaliter ꝓprie. Et per ly
sꝫcatum intelligatur id quod ꝓprie si
gnificatur per aliquē terminū. ¶ Ex
dictis diffinitionibus patet ꝙ dupli-
citer potest aliquis terminus esse ter-
minus secūde intentionis. vnomodo
quando talis terminus sꝫcat aliqd ea
ratione qua istud est signum vt ly no-
men ly propositio argumētatio dicū-
tur secunde intentionis hoc modo.
¶ Et de talibus ponitur hec regula
ꝙ omnis terminus qui est secūde intē
tionis hoc modo mediante copula de
presenti non ampliata solum pōt sup-
ponere pro termino logicali ⁊ nullo-
modo pro re ad extra per rē ad extra
intelligas rem que non est terminus
logicalis. ¶ Et si esset totale predica
tum faceret subiectū sumptū in ordi-
ne ad ipsum stare materialiter hec re-
gula declaratbitur ⁊ probabitur iter
disputandū. Alio modo terminus est
secūde intentionis: qꝛ sꝫcat aliquid ea
rōne qua illud est sꝫcatū ꝓprie ꝑ aliuꝫ
terminū ⁊ hui⁹ nature sunt tales ter-
mini diffinitum remotum: ly equiuo-
catum ly vniuocatū ly significatum/
loquēdo de sꝫcato proprie dicto. per si
gnificatū proprie dictū intelligas id
qđ sꝫcatur ad placitum ꝓprie vel na-
turaliter proprie. ¶ Unde dupliciter
intelligi potest ꝙ aliquis termin⁹ si-
gnificet aliquid ea ratione qua est si-
gnum. vnomodo sic ꝙ terminus tali-
ter significet illud ꝙ sīipsum non sit si-
gnum ꝓprie dictum talis termin⁹ se-
cundū talem sꝫcationem nō suppone-
ret pro ipso: intellige mediāte copula
de presenti seclusa quacūqꝫ ampliatio
ne vt iste terminus nomē sic sꝫcat istā
vocem vel scripturam homo: ꝙ si ipa
non esset signum proprie dictuꝫ ly no
men non supponeret ꝓ illa mediante
tali copula de p̄senti qm̄ de termino
non significatiuo falsum est dicere qđ
sit nomen. Aliter intelligi potest ter-
minnm sꝫcare aliquid ea ratione qua
istud est signū sic. s. ꝙ talis terius sꝫcet
illud ɔnotādo formaliter vel equiua-
lēter sicut cōnotat ly signū ꝓprie di-
ctū ita ꝙ ɔnotatio talis termi sic sꝫcā
tis sit synonima vel debet eē inferior
ad ɔnotationē de ly signū ꝓprie dictū
exēplū vt ly nomē equiualēter cono-
tat sicut ly signū ꝓpterea ꝙ in ei⁹ dif-
finitiōe ponitur talis terius signū sꝫcās
vt ly sꝫcatiuū: aūt aliquis alius termi
nus includēs in ei⁹ ɔnotatiōe ɔnota-
tionē illi⁹ termi signū. ¶ Et ꝓportio-
nabiliter dicendū ē qđ dupliciter pōt
intelligi terminum sꝫcare aliqd ea rō
ne qua est sꝫcatū: vnomodo sic: quia ta
lis terius nō supponat ꝓ illo median
te copula de pn̄ti nisi illud sꝫcaret pro
prie per aliquem alium terminum.

Significatū proprie dictum

Regula

Tamen vt in plurimum in isto processu terminos relatiue oppositos capiemus large vt dicetur in tertio dubio circa istam diffinitionem et ibidem diffinientur secundum talem significationem.

¶ Sed vt hec vltima diuisio minus lateat contra eam et conformiter ad membra diuidẽtia breuissime instabo: ꝛ demum secundum ordinem diffinitionum membrorũ eiusdem: parua mouebo dubia. Et primo sic argumento: contra diffinitionem terminorum contrariorum exula sequeretur hos terminos esse contrarios album nigrum: sed hoc non vt deducam: ergo illa diffinitio est nulla sequela nota eu aditer diffinitione data et quod non contrarientur probo: simul possunt verificari de codez: ergo non contrariantur antecedens probatur si sortes esset Parisius albus ꝛ niger Rome verificantur de sorte.

¶ Ad hoc faciliter dicitur ille casus est supernaturalis ꝛ nos intelligim⁹ naturaliter vt dt diffinitio.

¶ Contra hoc arguitur naturaliter verificãtur de eodẽ: ergo solutio nulla: antecedens probatur volo quod sortes in prima medietate hore sit albus ꝛ secunda niger ꝛ vtamur vna hora pro tempore presenti in illo casu sortes est albus ꝛ sortes est niger nolo stare in ambagibus capiendo licet complexiue ꝛ mediãte copula ampliatiua quoniam nostra diffinitio intelligitur diuisiue et mediante copula de presenti seclusa ampliatione.

¶ Sed ad replicam dicitur hoc non esset in eodem tempore adequato quod requiretur hoc est nõ est albus et niger aliquo tempore ꝛ ĩ qualibet parte illius sed in vna parte albus ꝛ in vna alia parte niger.

Et si replices volẽdo quod vtamur vna hora ꝛ non qualibet parte illius pro tempore adequato tunc pro tempore adequato esset albus et etiam niger. ¶ Respondetur replica est nulla nam ly adequato imponitur noua impositione.

Sed nos capimus ly adequato vt dictum est et facta tali impositione de nouo dicto quamuis in eodem tempore adequato sortes sit alb⁹ et niger diuisim hoc tamen non est pro eodem tempore adequate et pro eadẽ parte temporis numero sed pro diuersis partibus habet verum.

¶ Cõtra solutionem arguitur sortes in tempore presenti est alb⁹ et in eodem est non albus et cũ isti termini sint contradictorij a fortiori deberes concedere alios de eodem verificari pro eodem tempore et volo qꝺ ly non infinitet complete.

Et vltra sequitur bene sor=
tes in hoc tempore est nõ albus:ergo
sortes in hoc tempore non est albus ⁊
sortes per te est albus: ergo due ꝯtra
dictorie vere quod nemo debet conce
dere ⁊ consequentia tenet ab affirma
tiua ad negatiuam predicato verifica
to penes finitum ⁊ infinitum.

¶ Breuiter dicitur ad hanc
replicam negando hanc sortes est nõ
albus ⁊ ad probationem sequitur be=
ne sortes in aliquo tempore est non al
bus:ergo sortes est nõ albus nego cõ
sequẽtiam:⁊ dico ꝙ virtualiter argui
tur a nõ distributo ad distributum ex
parte de ly tempore quoniã regula est
quod negatio infinitanter tenta inclu
dit copulam contradictoriam sue pro
positionis ⁊ negat tempus importatũ
per copulam principalem ita quia sen
sus consequentis est iste sortes est ali
quid quod in nullo tempore est albuꝫ

¶ Et si iterum replices de=
scuto pro media parte albo et pro me
dia parte nigro. Dico illud nõ esse al
bum neqꝫ nigrum:sed album ⁊ nigruꝫ
copulatim cõformiter ad cõmuniter
loquentes in hac materia.

Ad hoc quod aliqua res di=
catur alba vel nigra ⁊ sic de aliĵs co=
loribus in particulari oportet qđ ma=
ior pars ꝙꝫ eius medietas sit alba vel
nigra:⁊ ita de aliĵs dicendum est.

Aduerte circa hanc regulã
non solum iuuenes hoc modo loquen
di falluntur verum multotiens proue
cti in equiuoco ficant itelligas. igitur
illam quo ad perceptionem sensus ex
terioris vt statim declarabitur. nã in
genere coloratum album supponẽs ꝑ
monaca albo:vestem albaꝫ connotat
vt in hac propositiõe sortes est mona=
cus albus:supponens vero pro anima
li pẽnoso connotat pennas albas:⁊ ꝑ
piloso pilos albos supponens autem
pro animali non pẽnoso nec piloso cõ=
notat cutem albam ⁊ in plantis corti
ceꝫ ita generaliter quod si volum⁹ qđ
piam de nominare colore tali vel tali
coloratum ad superficiem tantum ex=
teriorem habemus inspectum:ille ta=
men ⁊ huiusmodi denominatiões vul
gares quo ad nos et penes sensus ap
parentiam ita ꝙ si presentetur nobis
corpus magnum totum nigrum adin
tra habens solam superficiem albã di
cemus illud corpus album et dato ꝙ
pl⁹ materie nigre habeat ꝙꝫ albe quo
ad veritatem ⁊ naturam non tantum
quo ad nos ⁊ apparẽtiam sensus ⁊ ita
li sensu capitur in ꝓposito ⁊ ꝑ hoc no
tabile faciliter solues quasdam obie=
ctiones pauci momenti que solent in
hac diuisione fieri de homine induto
pelle nigra qui habet cutem albam ⁊
de coruo habente pelem valde albam
⁊ pennas valde nigras.

¶ Quo ad naturam autem
⁊ scđm veritatem a partibus etiam in
ferioribus atqꝫ centralib⁹ vera est de
nominatio qualitatis toti⁹ ⁊ illo mo=
do attendunt phisici de intentione ge
nerali loquentes ⁊ veram subiecti de
nominationem inquirentes.

Sed secundum diuersitatẽ
materie sermones sunt inquirẽdi hãc
equiuocationem non pretermisit qui=
daꝫ a doctissimus modernus rerũ na
turaliũ curiosus per scrutator nec nõ
sacrorũ litterarum professor. xxxviiĵ.
proprietate secundi libri de causis.

¶ Ultimo replicatur probando hos
terminos album ⁊ nigrum verificari
de eodem pro eodem tempore adequa
te imo pro eodem instanti ponendo ꝙ
illi termini sunt scripti ex atramento
nigro tunc sic arguo ille terminus al
buꝫ verificatur de sorte albo ⁊ ille ter
minus album est nigrum:ergo nigrũ
verificatur de sorte albo.

Breuiter admisso toto casu nego vltimam consequentiam nec est syllogismus expositorius. Arguitur enim a suppositione personali ad materialem ex parte minoris extremitatis: puta de ly nigrum: nam in minori stat pro nigro ad extra in conclusione pro illo termino nigrum. nam subijcitur respectu predicati secunde intẽtionis et si velis tenere quod in cõclusione supponit personaliter concedo cõsequentiam ⁊ quemadmodum antecedens est verum: ita et consequens: sed tunc non sequitur primum intentũ replice hoc vnicum sufficiat argumentum contra hanc diffinitionem quo intellecto poterit curiosus ⁊ ingeniosus terminastas soluere omnes rões cõtra hãc diffinitionem tendentes i materia subiecta. ¶ Unicum etiam moueo dubium causa breuitatis vtrũ isti termini alba ⁊ nigra in plurali numero sumpta sint contrarij et videtur q8 sic cum isti sint contrarij album et nigrum et sint eis synonimi primi deberent esse contrarij.

Cum etiam illi termini puta ly alba cum ly album ⁊ ly nigra cũ ly nigrum sunt eiusdeʒ condeclinij et non patiuntur etheroclisim variatione significationis: ergo omnem conuenientiam essentialem et etiam differentiam quam habuerũt in principio condeclynij debent seruare per totuʒ condeclinium ⁊ per consequens si in singulari numero sunt contrarij etiaʒ erunt in plurali.

Ad hoc dubium respondetur negatiue videlicet quod nõ sunt ɔtrarij et ratio est defectus vnius particule diffinitionis terminorum contrariorum: videlicet huius non verificabiles ⁊c. Quia illi possunt verificari de eodem naturaliter quod sic ostẽditur de vno scuto pro vna medietate albo et pro alia nigro nã illud scutuʒ est alba quod probo illud scutuʒ est album ⁊ aliud album: ergo est aliqua alba consequentia est infallibilis ⁊ probatur antecedens illud scutum et hoc album et hoc aliud album per primũ ly hoc demonstrando hanc partẽ scuti: puta totam medietatem albam cuʒ medietate partis nigre ⁊ ꝙ illa pars demonstrata sit alba patet ex antedictis: quia maior pars quam eius medietas est alba: ergo tota et per secundum pronomen demonstro eandẽ medietatem albã cũ alia medietate partis nigre. Nam illa pars est aliud album a primo. et quod illud corpus sit nigra: pari facilitate deducitur: Nam est hoc nigrum: ⁊ hoc nigrum per primum pronomen demonstrando totã medietatem nigram cũ medietate partis siue medietatis albe: per secundũ eandem medietatem nigram cuʒ alia mente medietatis albe tunc habetur quod illi duo termini in plurali verificantur de eodem. Quare non sunt termini contrarij varijs alijs modis potest hoc demonstrari sed sufficiat vnꝰ.

Et ad rationes pro parte affirmatiua factas. Respõdetur ad ambas negando vtriusqȝ consequentiaʒ ⁊ ratio est: quia ad hoc quod talis modus arguendi valeret oporteret illos terminos esse synonimos de modo significandi essentiali ⁊ accidentali simul quod non ɔtingit inter illos terminos: nec potest continuari talis synonimitas vtroqȝ modo per totum condeclinium.

Secũdo principaliter arguitur contra diffinitionem terminoruʒ priuatiue oppositorum isti termini priuatiue opponuntur ceca et videntia et tamen possunt verificari de eodem vel de eisdem: ergo diffinitio nõ valet minor probatur ponendo casuʒ quod sint duo homines sortes et pla-

tõ

to quorum quilibet sit cecus ⁊ per trāſ
positionem materiarum et formarum
fiant alij duo homines Guillelmus ⁊
Cicero quorum quilibet videt tūc sic
arguo isti demonstrando Sortem; et
Platonem sunt videntes et isti sunt
ceci igitur propositum quod sunt vi-
dentes notum est quia isti duo sunt vi
dentes demonstrādo duos secundos
et isti duo sunt sortes et plato ex ypo-
thesi: ergo sortes et plato sunt viden-
tes et quod sunt ceci probo sic sortes ē
cecus et similiter plato ergo sortes et
plato sunt ceci.

Ad hoc argumentum respō
detur concedendo hos terminos pri-
uatiue opponi: et nego quod possint ꝑ
eodem verificari et ad probationem
admitto casum de potentia dei ⁊ con-
cedo quod sortes ⁊ plato sint vidētes
nego tamen quod sint ceci et ad pro-
batiouem nego istam consequentiam
sortes est cecus ⁊ similiter plato ergo
sortes ⁊ plato sunt ceci si probes a di
uisis ad coniuncta dico duo: primo nō
valet modus arguendi cum dictione
includente negationem et hoc semper
contingit in teris priuatiue oppositis.

Secūdo dico arguitur cum
distributione virtualiter. nam ly ce-
ca includit in suo sensu terminum di-
stributum. nam ceca sunt quorum nul-
lum videt quodlibet tamen aptum na
tum est videre.

Cōtra hoc arguitur natura
liter loquendo isti duo termini possūt
verificari de eodem: ergo a fortiori su
pernaturaliter consequentia est bona
et probatur antecedens. Nam rebus
vt nunc sortes est videntia patet est
due medietates videntes: puta imagi
nādo quod diuidetur a summitate ca-
pitis per medium nasi findendo vsqꝫ
ad partes infimas in duas ꝑtes equa
les clarum est ꝙ ipse est ista duo entia
videntia et quod sit ceca probatur, se-
quitur bene sortes est videns ⁊ cecum
ergo sortes est ceca: tenet consequen-
tia. nam si duo sint homines: quorum
vnus videat alter vero non: manifestū
est istam esse falsam isti sunt videntes
et vltra non sunt vidētes et sunt: ꝰ sūt
non videntes et vltra sunt: non viden
tes: et quilibet eorum est aptum natuꝫ
videre ergo sunt ceci consequentia vi
detur bona et antecedēs est verum er
go et consequens ⁊ per consequens ce
ca et videntia verificantur de eodem
quod erat probandum.

Ad hanc replicam concedo
quod sortes est videntia: et nego ꝙ sit
ceca et ad probationem qua sic argui
tur sortes est videns ⁊ cecum ergo sor
tes est ceca concessa consequentia ne-
gatur antecedens ⁊ cum sic probares
sortes est ceca concessa consequentia
per primum pronomen demōstrando
medietatem supra zonam ⁊ per secun-
dum medietatem infra: breuiter nego
quod medietas inferior sit ceca quum
probatur non videt et est apta nata vi-
dere ergo est ceca.

Respondetur negando mi
norem: et si probes potest videre saltē
de potentia dei ergo est apta nata vi-
dere negatur consequentia ⁊ dico con
sequenter quod manus nō est ceca cū
non sit nata videre.

Unde antequam aliquid sit
aptum natum videre requiritur quod
pura ipsa naturalia cum concursu dei
generali. Indidissent sibi visum seclu
sis extrinsecis impedimētis quod nō
habet verum de parte inferiori vel de
manu nunquam enim videret manus
ex ordinatione et dispositione ipsoruꝫ
naturalium immo si a casu videret es-
set miraculum vel mōstrum in rerum
natura proclamatum et si alij etiaꝫ nō
mediocriter docti aliter sentiant in sp

is paruis diuisionibus terminorū (illorum tamen maiori salua reuerētia) sic nobis pro nunc videtur rationabiliter dicendum.

Contra istam solutionem arguitur isti termini cecus et videns possunt de eodem verificari in singulari: ergo a fortiori in plurali probatur antecedens pono per casum quod antichristus nascetur vidēs et post decem annos priuetur visu seu orbetur tunc sic arguo antichristus erit vidēs vt claret et erit cecus Igitur termini priuatiue oppositi verificātur de eodem et quod erit cecus patet sequitur bene, in isto tēpore erit cecus ergo aliquo tempore erit cecus et vltra aliquo tempore erit cecus ergo erit cecus.

Ad hanc replicam respondetur admisso casu negādo quod erit cecus et ad probationem negatur vltima consequentia arguitur enim a nō distributo ad distributum ex parte de ly tempore quia nō distribuitur in antecedente et ꝙ distribuitur in ꝯsequēte patet dando sensum illiꝰ ꝓpositionis de ly cecus qui est iste āntichristus erit cecus id est antichristus non videbit et erit aptus natus ad videndum.

Et ex consequenti hec ꝓpositio est impossibilis antichristus potest esse cecus cum sensus eius sit impossibilis puta iste antichristus nō potest videre potest esse aptus natus ad videndum et similiter hec antichristꝰ potest esse non videns nec videatur tibi hoc esse absurdum et cōtra communem modum et contra Aristothelem concedentem non citarizantem posse citarizare quoniam cōmunis modus et pariter Aristotheles capiunt (concedendo illas) ly non vt infinitet incōplete: sed in alio sensu non cōcederēt illas et sic a termino priuatiuo ad terminum infinitum sibi correspondentem semper est bona consequentia sed non econuerso et se habent tales termini sicut terminus superior et inferior. ¶ Aliomodo posset responderi negādo illas consequentias a termino priuatiuo ad terminum infinitum. ¶ Sed alios dicendi modos causa breuiloquij apud alios inquiras.

Circa istam diffinitionē dubitaret forte aliquis vtrū a priuatiōe ad habitū sit possibilis regressus p naturā hoc est querere sub alijs verbis si aliquis terminus priuatiuus verificetur de aliqua re an ille idē possit negari de eadem re. ¶ Pro huius dubij decisione notandū est ꝙ duplices sunt termini priuati in quidā qui solū actum negant et nō potentiam vt sunt isti termini pauper nudus quiescēs et istorum a priuatione ad habitum facilis est regressus per naturā stat enim diuitem suis diuitijs priuari et pauperē effici et iterum de paupertate ad diuitias traduci et similiter non inconuenit aliquem pluries quiescere et pluries moueri et sic de similibꝰ et illi opponūtur priuatiue capiēdo large terminū priuatiuū vt non includatur ī sua diffinitione hec particula ordine irregressibili a natura: non autem stricte puta includēdo illam particulā in diffinitiōe termini ꝓuatiui. In ꝓposito tamē capio large alij sunt termini priuatiui negātes potentiā vt sunt isti cecus mutus: surdus et sic de alijs q̄ negant potentiā et de talibus priuatione ad habitū est impossibilis regressus per naturā. In hoc tamē omnes cōueniūt ꝙ nulli termini priuatiui negant aptitudinem: quare non concedimus lapidē esse cecū cū nō sit aptꝰ natus videre: nec catulū ante .ix. diē cū non sit aptus natus videre pro tali tēpore hoc est quod solet cōmuniter dici nō habet tempus determinatum a natura eodē mō dicas de dormiente.

Correlarie sequitur hāc cō
sequentiam non valere isti termini sūt
priuatiui & sūt priuatiue oppositi nec
econuerso arguendo et hec de termis
priuatiue oppositis.

Tertio et vltimo principa
liter arguit cōtra diffinitionem terio
rum relatiuorū si illa diffinitio eēt bo
na sequeretur hos terminos pater et
filius relatiue opponi sed consequens
est falsum ergo diffinitio non valet se
quela est nota et ꝓbatur falsitas con-
sequentis illi tamen possunt verifica-
ri de eodem respectu eiusdē in eodem
genere cause ergo non opponūtur re
latiue ꝛ probatur antecedens pono ca
sum quod sint sortes ꝛ Katherina cō-
iuncti per matrimonium ponat deus
materiam sortis in duobus locis in p̄
mo sicut sunt ꝛ in secundo cum formis
bonarum dapum ad vescendum vescā
tur illis dapibus Sortes ꝛ Katheria
in quorum vtroꝗ disponatur tota il-
la materia a quolibet comesta ī semen
prolificum demum concurrant sortes
et Katherina et per tempus informe-
tur illa materia forma sortis de potē-
tia dei tunc plato qui nascetur erit pa
ter ꝛ filius respectu eiusdem: igitur ꝓ
positum ꝛ volo ꝙ maneat sortes cum
platone sic ꝙ anima eius manente in
ipso ponatur in illa materia et ꝙ pla-
to sit filius platonis ꝓbo plato est fili
us sortis a quo fuit decisum semen: q̄a
nil aliud facit homo in generando ho
minem nisi solum disponere ꝓlificum
semen in matricem mulieris et sortes
est plato cum sit hec materia ꝛ hec for
ma constituens platonem ergo plato
est filius platonis expositorie: ꝛ ꝙ sit
pater platonis sic deducitur sortes est
pater platonis et sortes est plato: er-
go plato est patre platonis iste ꝯñtie
sunt sillogismi expositorꝗ.

Ad hoc argumentum dico
imprimis casum esse possibilem de po
tentia dei ꝛ consequenter dico sortem
et platonem esse idem numero ꝛ nego
ꝙ sortes sit pater platonis nec plato
etiam: nec filius nam tunc idem esset
pater ꝛ filius suiꝗ ipsius quod concede
re non placet Quis hoc concedere vel
negare videndo possibilitatem casus
supernaturalem consistat in nomine:
et nego pariter ꝙ sor̄ gn̄at platonem.

Unde notandum est ꝙ du-
plex est generatio. Quedam est ꝓprie
dicta ꝛ quedam improprie dicta. gn̄a-
tio proprie dicta est ꝓductio alicuius
de nō esse ad esse subiecto p̄supposito
ꝛ isto mō capit in ꝓposito ꝛ sic dico ꝙ
sortes nihil generabat cum nil produ
cebat de non esse ad esse vt notum est:
immo quod magis dico ꝓprie capien
do generationem homo non generat
hominem cum nil ꝓducat primo non
materiam cum sit ingenerabilis ꝛ in
corruptibilis nec formam cum a solo
deo cretur. Sed brutum bene gene-
rat ꝓprie capiendo gn̄are q2 producit
formam substantialem et disponit ma
teriam ꝛ loquor ſm fidem quoniā pu-
re naturaliter ꝛ phisice loquendo di-
co ꝙ homo ꝓducit hominem cum sua
forma quemadmodum ꝛ brutum ꝛ ꝙ
producit formaꝫ hominis corruptibi
lem et diuisibilem ad corruptioneꝫ et
diuisioneꝫ totius compositi est hec o-
pinio alexandri magni quam insequi
tur buridanus in libris de anima nec
ex Aristotele potest elici oppositū ex
presse sed ad vtranque partem inue-
nies rationes vtranꝗ opinionē colo-
rantes sed de his in phisica quare su-
persedeo.

Sed generatio improprie
dicta est dispositio materie solum ī va
se debito ad quam sequetur fetus seu
genitum nil de nouo ꝓducendo ꝛ isto
modo homo generat et in casu argu-
menti potest concedi talem generatio

nem fieri sed talis non est generatio simpliciter et proprie.

Contra istam solutionez arguitur naturaliter loquendo idez potest esse pater et filius respectu eiusdē ergo solutio nulla antecedens pbaт et primo in casu communi concurrat masculus cum femella et ante infusionem anime moriatur mas postea ifundatur anima tunc sic arguo fetus ille postq̄ natus est filius et pater igiт assumptum verum cum omnia ista stant naturaliter q̄ sit filius patet primo sue matris et non est dicendum naturaliт loquendo quin sit filius patris et nō videtur quis sit ille pater nisi ip emet q̄ est filius et pater suppsitus quod erat pbandum q̄ non habeat filium patrez patet ex casu et q̄ non habuerit pbo nunq̄ ista fuit vera iste habet patrem ergo nec illa de preterito: quia aliter daretur ppositio de pterito vera q̄ nū q̄ habuit vnam de inesse veram.

Ad hanc replicam breuiter respōdetur negando q̄ in illo casu ille sit pater vel filius suppsitus sed est filius alterius a quo fuit semen decisuz et nego pariter q̄ detur ppositio de pterito que nunq̄ etc immo ista immediate post decisionem seminis fuit vera sortes est pater platonis(suppono q̄ sortes generasset et plato fuisset qui debebat generari)naz ly pater platonis habet amplum modum significādi: sicut ly generat ad ea que sunt: vel erunt ita q̄ sensus est iste sortes ē pater platonis qui est vel erit aliomodo potest dici negando omnes tales in illo casu sortes est pater platonis et illam de preterito quia forte videtur absonum q̄ sortes sit pater alicuius quod nō ē: primus tamen modus satis logicalis est et saluat multis ppositiones veras que in communi modo loquendi viderentur absurde naz satis extraneum videtur concedere q̄ detur filius naturaliter et philosophie loquendo: qui non habet nec habebit nec habuit patrem quod oportere concedere. Secundo modo rndē do vt velis.

Circa istam diffinitionem. posset aliquis dubitare vtrum isti termini diffinitum pxinquum et diffinitū remotum sint termini relatiue oppositi et similiter isti terminus significās ad placitum: et terminus significans naturaliter.

Pro solutione huius dubitationis notabimus dupliciter capi terminos relatiuos oppositos. Uno modo large pro omnibus terminis potentibus verificari de eodem respectu diuersorum precise: vel secundum diuersas rationes et isto modo communiter capiuntur termini relatiue oppositi siue sint relatiui siue non.

Alio modo capiuntur stricte p terminis relatiuis et taliter se habentibus vt dictum est: et isto modo: soli relatiui dicuntur oppositi relatiue sed non omnes naz ij duo termini: simile et simile similiter isti pater et pater et ita de similibus sunt termini relatiui non tamen oppositi relatiue: sed isti pater et filius sunt termini oppositi et relatiui: et consequenter si q̄ratur vtrum valet hec consequentia: isti sunt termini oppositi relatiue: ergo sunt relatiui.

Respondetur distinguēdo de bonitate illius cōsequentie vel capiendo terminos large et tunc nil valet sed capiēdo stricte bene valet.

Sed de ista nullo modo vz isti sūt termi relatiui termi q̄ sūt relatiue oppositi quomodocunq̄ capias terminos et si queratur pp̄ter hoc quod Aristoteles dicit in predicamento re-

lationis ꝙ relatiua dicuntur ad con-
uertentiam vtruꝫ termini relatiue op
positi sunt conuertibiles.

Respondetur ꝙ non solum vult habere philosophus ꝙ vnum re
latiuorum infert alterum in bona cō-
sequentia subsistendi hoc est dictū in-
q̄ntum antecedens ⁊ consequens sūt ꝓ
positiones de secundo adiacente vt be
ne sequitur pater est ergo filius est et
ediuerso sed hoc debet intelligi regu
lariter quia hoc nullo modo est ꝓpriū
terminis relatiuis quia nō omnibus
conuenit nec solis relatiuis.

Nunc respondetur ad dubitum ꝙ duo p̄mi relatiue opponuntur:
capiendo etiaꝫ terminos stricte ⁊ om
nes tales ponuntur in predicamento
ad aliquid siue relationis.

Sed duo secundi non opponuntur relatiue nisi large capiēdo
terminos ⁊ non omnes tales ponun-
tur in predicamento relationis sed il
li qui sunt relatiui.

Unde termini relatiui ad inuicem/hoc est se habentes vt relati
uum et correlatiuum eius sunt termi
ni quorum vnus includit alterum in
sua cognotatione vt isti duo pater et
filius nam iste terminus pater con-
gnotat filium ⁊ ly filius patrem ⁊ sic
diuina conspirante gratia, terminis fi
nem ac extremam manum imponen-
do conditiones aliquas ad scholasti-
cum statum requisitas huius vocabu
li terminus litterarum interpretatio-
ne notabimus per primam literam in
telligo timoratum timore filiali ⁊ a-
micabili. Per e. elegantem in verbis
puta honestum ⁊ vestimentis congru
is et huiusmodi rebus. Per. r. rectuꝫ
hoc est iustum vnicuiq;. Per. m. mo-
destum non temerarium ⁊ insolenteꝫ
Per. i. ingeniosum hoc est natura et
exercitio dictum psalmiste notantem
Intellectus bonus omnibus faciēti-
bus eum. Per. n. Nobilem nobilita-
te supple morum ⁊ si alteram habꝫ nō
obest vbi enim altera illorum alteri
copulatur vera nobilitas (vt beraldo
in quadam epistolam placet) appellā
da venit. Per. u. humilem nam a sup
bia ortum inferna ceperunt opposita
autem humilitatis virtute porte pa-
radisi sunt reserate cuius virtutis ex-
cellētia maxime deo placuit ꝓgo ma-
ria. quam pro aduocatrice omnes po
stulare debemus legis eniꝫ suo vespe
rorum cantico. Quia respexit humili
tatem ancille sue: ecce enim ex hoc be
atam me dicent omnes generatiōes.
Per. s. vltimam literam sobriuꝫ hoc
est temperatum in modo viuendi ⁊ ca
stum debet igitur quilibet scholastic⁹
esse timoratus: elegans: rectus: mode
stus: ingeniosus nobilis ⁊ sobrius.

¶ Sequitur tertia pars in qua tractabimus parua logicalia.



Eq̄tur tertia et po
strema ps
nostri epi-
thomatis:
in qua vt ꝓ
misimus a
liquas pro
prietates
terminorū
logicalium
qui parua logicalia vocari solent mo
do compendioso ⁊ doctrinali tracta-
re intendimus Que licet parua erūt
in q̄ntitate magna tamen in virtute ⁊
vtilitate quoniam per ea omnes logi
ce difficultates virtualiter complec-
tuntur.

Exordium igitur sumentes

ab isto termino supposito cuius diffinitio prout ad propositum conducit talis est.

Suppositio supple logicalis est terminus logicalis accept⁹ in propositione pro suo significato pro quo verificabilis est in potentia propinqua mediante copula sue propositionis in qua ponitur vel mediante vna alia vbi talis terminus teneatur eque ample: et eque restricte. ¶ Dicebatur notanter in diffinitione terminus locicalis ad denotandum quod suppositio logicalis nihil aliud est quam terminus logicalis. Dicebatur vlterius acceptus in propositione ad denotandum quod termin⁹ extra propositionem positus non est suppositio logicalis.

Pro quo aduertendum est quod differunt hi tres termini significare accipi et supponere et se habent sicut magis commune et minus commune: quoniam omne supponere est accipi et omne accipi est significare sed non econtra quoniam terminus positus extra propositionem bene significat et tamen non supponit nec accipitur pro aliquo. ¶ Similiter ly antixps est homo accipitur pro aliquo vtputa pro antixpo et tamen non supponit.

Terminum igitur accipi pro aliquo est illum terminum vniri mediante copula verbali de per se vel de per accidens cum alio termino exemplum ly homo in ista homo est animal: accipitur pro quolibet homine possibili ¶ Similiter ly hominis in ista hominis asinus est currens licet solum supponat pro homine qui est.

Dixi notanter acceptus pro suo significato ad denotandum quod purum sincathegoreum a inceptum huiusmodi non est natum supponere et absoluitur ly significato a numero quoniam omnis terminus qui supponit: vel supponit pro aliquo ente vel pro pluribus entibus pro quibus accipitur

Arguitur sic ly sortes in ista sortes ymaginarie est asinus supponit pro asino vt notum est et tamen non significat asinum igitur ad terminum supponere non requiritur quod accipiatur pro suo significato.

¶ Respondetur breuiter quod quemadmodum ille terminus sortes in predicta propositione supponit pro asino etiam similimodo significat asinum ideo ponitur hec regula quod omnis terminus finitus positus mediante ista copula imaginarie est supponit et etiam significat significatione respectiua quamlibet rem mundi. ¶ Voco significationem respectiuam illam que conuenit solum termino propter habitudinem quam habet ad illam copulam ymaginarie est.

Dicebatur notanter in diffinitione pro quo verificabilis est in potentia propinqua quoniam ad terminum supponere pro aliquo non sufficit quod sit acceptus in propositione pro illo significato nec oportet quod actualiter verificetur pro illo sed satis est quod talis terminus nat⁹ sit verificari in potentia propinqua pro illo pro quo accipitur. Hoc est dicere oportet quod talis termin⁹ possit predicari in propositione vera et affirmatiua puta respectu pronominis demonstrantis tale significatum et hoc seclusa omni mutatione facta a parte rei per quam variaretur ita esse illi⁹ propositionis per quam debet fieri verificatio hoc totum declaratur exemplo quoniam ly homo in ista propositione homo est animal dicitur supponere pro quolibet homine qui est quoniam pro omni tali accipitur in propositione et verificabilis est pro quolibet tali in ordine ad illam copulam est quoniam quocunque homine qui est demonstrato: hec est vera hoc est homo. Sed ly homo in pre-

dicta propositione non supponit pro antichristo: nec pro aliquo homie qui non est. qm̄ quocunqꝫ tali demonstrato falsum est dicere ꝙ hoc sit homo.

Forte dices producto antichristo illa efficitur vera hoc est homo ergo ille terminus homo est verificabilis de antichristo mediante copula de presēti ⁊ vltra: ergo supponit ꝓ ipso mediante tali copula. ¶ Respondetur breuiter cōcedendo antecedens et distinguendo consequens: puta ꝙ ille terminus homo sit verificabilis de antichristo mediante tali copula de presenti: vel ꝙ sit verificabilis de ātichristo mediante tali copula in potētia ꝓpinqua et sic negatur: vel in potentia remota hoc est faciendo aliquam mutationem ex parte rei producendo antichristum gratia cuius variatur ita esse vel veritas illius propositiōis antichristus est homo et sic conceditur. Modo ad terminū supponere pro aliquo oportet ꝙ verificabilis sit in potētia propinqua pro illo: et hoc mediante copula sue propositionis in qua accipitur quod dico ꝓpter extrema huius propositiōis homo est animal: vel mediāte vna alia copula vbi talis terminus tenetur eque ample et equē restricte quod dico quoniā ly antichristus in ista propositione antichristus est futurus supponit ⁊ verificabilis ē pro antichristo et debet sic fieri verificatio hoc est vel erit antichristus. Et similiter ly adam est mortuus supponit ⁊ verificabilis est in potentia propinqua pro primo parēte ⁊ debet sic fieri verificatio hoc est vel fuit adaꝫ. Quoniaꝫ solet poni hec regula ꝙ subiectū propositum respectu predicati futuri temporis stat ꝓ illo quod est vel erit et respectu predicati preteriti temporis stat ꝓ illo quod est vel fuit ⁊ ideo dicti termini in propositionibus per quas fiebat verificatio eorum tenētur eque ample: sicut in ꝓpositionibus in quibus erat questio an supponebant.

Regula

Sed dices antichristus nō est nec similiter adam: ergo non possumus eos demonstrare ⁊ per conseq̄ns ista non est vera hoc est vel erit antichristus cum per illud pronomen hoc nihil demonstratur.

¶ Respondetur distinguendo istā qꝺ res que non est non possit demonstrari vel demonstratione ad sensum: puta ostendendo illud digito vel oculo corporali et sic concedo vel demōstratione ad intellectum ⁊ sic negatur immo res que non est similiter que non possit esse bede posset intelligi seu apprehendi ab intellectu

¶ Pro vlteriori declaratione predicte diffitionis duo per ordinē faciemus primo istabimus aliquibus argumentatiōibus breuissimis et doctrinalibus.

¶ Secundo monebuntur alique dubitationes occurrentes.

¶ Arguitur primo sic diffinitio data conuenit termino contradictorio ipsius diffiniti ꝓpinqui igitur diffinitio non valet probatur antecedens quoniam subiectum huius propositionis non supponens est copula est verus terminus contradictorius diffiniti: vt notum est ⁊ tamen diffinitio illi conuenit cum sit terminus acceptus in propositione pro significato pro quo verificabilis est quoniā predicta propositio non supponens est copula est pure affirmatiua ⁊ vera ergo eius subiectum supponit.

Pro soultione huius argumenti ibi tangitur hec difficultas vtrum termino contradictorio diffiniti possit bona diffinitio conuenire pono aliquas propositione.

¶ Prima bona diffinitio bn̄ cōuenis

termino contradictorio sui diffiniti remoti hoc patet quoniam data diffinitio conuenit subiecto et etiam predicato huius propositionis hoc est non homo.

Secunda propositio diffinitio data bene conuenit huic termino non supponens materialiter et non significatiue sumpto: probatur hec propositio est vera ly non supponens est terminus acceptus in propositione et cetera. et similiter hec est vera ly non supponens est suppositio.

Tertia propositio diffinitio data bene verificatur de pronomine demonstrante illum terminum non supponens sumptum significatiue in hac propositione non supponens est copula: hanc propositionem probat sufficienter argumentum factum.

Ultima propositio sicut hec propositio est impossibilis non supponens est supponens terminis captis personaliter et significatiue pro suis significatis vltimatis ita etiam et hec est impossibilis non supponens est terminus captus in propositione et cetera terminis vtrobique eodem modo sumptis. Sed dices contra hec propositio est vera terminus supponens et non supponens quoniam ille terminus homo scriptus in illa propositione homo est animal est supponens et non supponens quia est sue due medietates puta ly ho et ly mo quarum neutra supponit igitur sequitur quod hec propositio est vera et possibilis supponens est non supponens terminis significatiue captis.

Respondetur breuiter distiguendo hanc propositionem terminus supponens est supponens et non supponens vel si ly et capiatur complexiue et tunc illa propositio est possibilis et vera vt probat argumentum et ex ea in tali sensu non sequitur ista supponens ista non supponens. Si vero ly et capiatur diuisiue illa propositio est falsa et impossibilis inferens contradictoria.

Secundo arguitur aliquis terminus supponit extra hanc propositionem et aliquis terminus supponit extra hanc propositionem et sic de singulis ergo aliquis terminus supponit extra propositionem et per consequens frustra et male ponitur illa particula positus in propositione.

Forte dices et bene negando primam consequentiam quoniam arguitur a pluribus determinatis ad vnam determinatam respectu multitudinis vt in simili non sequitur aliquod caput iste homo et aliquod caput. Iste homo habet et sic de singulis ergo aliquod caput omnis homo habet.

Replicatur sic volendo probare possibilitatem huius aliquis terminus supponit extra propositionem pono casum quod non sint alie propositiones in mundo quam iste due homo est animal et homo est rationalis et subiectum vtriusque scribatur eodem attramento numero sic quod idem terminus sit subiectum vtriusque ¶ Tunc sic arguitur ille terminus vnus homo supponit extra hanc propositionem demonstrando primam quia supponit in secunda et ille terminus homo supponit extra hanc propositionem demonstrando secundam et non sunt plures propositiones per casum ergo sequitur quod ille terminus homo supponit extra propositionem.

Breuiter respondetur toto casu admisso nego veritatem istius propositionis iste terminus homo supponit extra propositionem Et ad probationem adductam concedo consequentiam sed nego antecedens scilicet quod iste terminus homo supponit extra hanc propositionem. ¶ Et quando dicis supponit in aliqua propositione que non est ista ergo supponit extra hanc propositionem.

¶ Respondetur negando consequentiam

Per multitudinem terminum distributum intellige

tiam quoniam ad veritatem istius ꝓpositionis iste terminus homo supponit extra hanc propositionem requirũtur duo scȝ ꝙ ille terminus hõ supponat in aliqua propositione. que nõ est illa: ꝛ ꝙ non supponat in illa modo secundum deficit.

Duo requisita ad terminum pro supponere

Cõtra hoc replicatur ponẽdo casum ꝙ iste terminus hõ die crastina ponatur in ista propõe hõ ẽ aial ꝛ semper post cras maneat extra ꝓpotionẽ Tunc verũ est dicere ꝙ iste terminus hõ extra ꝓpõnẽ erit supponẽs qm̃ iste terminus hõ erit supponens: ꝛ iste terminus hõ erit extra propositionem ergo aliqs terminus extra propositionẽ erit supponẽs: ergo eodem modo ista est possibilis aliquis terminus extra propositioneȝ est supponẽs

Ad hanc replicaȝ respondetur ponẽdo duas ꝓpões. Prima est in casu replice vtraqȝ istaruȝ est vera. Iste terminus hõ extra propositionem erit supponẽs et iste termin⁹ hõ extra ꝓpõem possibiliter supponit vbi ly extra ꝓpõem in vtraqȝ ponit᷑ a pte subiecti. Scḋa ꝓpõ est vtraqȝ istarũ ꝓpositionũ est impossibilis iste termin⁹ homo erit supponẽs extra ꝓpõneȝ: ꝛ iste terminus homo possibiliter supponit extra propõnem: ita bene sicut hec est impossibilis iste terminus hõ suppõit extra propõem hec oĩa declarabũtur inter disputandum.

Tertio arguitur subiectum istius ꝓpõnis antichristus est hõ non supponit vt notum est. Et tñ tota diffinitio ei conuenit qm̃ est terminus acceptus in ꝓpõe ꝛ verificabilis in potẽtia ꝓpinqua pro aliquo mediante illa copula in ordie ad quã ponit᷑: qm̃ hec ꝓpõ est vera hoc est ly añxps ꝑ pnomen demõstrando illum terminuȝ añxñs igit᷑ diffinitio est insufficiens.

Forte dices ꝛ bene quod ly añxps in illa ꝓpõe antixps est homo nõ accipitur ꝓ tali termino antixps. sed solum accipitur pro suo sĩcato vltimato puta ꝓ añxpo ꝛ sic nõ est in potẽtia propinqua verificabilis ꝓ illo ꝓ quo accipit᷑ quod tñ requirit᷑ ad hoc ꝙ dicatur supponere.

Correlarie sequitur quod terminus posit⁹ in propõe nõ semꝑ accipitur pro quolȝ suo significato: sȝ solum pro illo pro quo denotat᷑ vnuri et restringi: vt ly hõ in ista hõ est aial accipitur pro quolȝ homine possibili. sȝ non pro aliqua tali dictione homo.

Correlarium

Similiter ly homo ĩ ista homo est pictus accipitur solum pro homine picto quia sic restringitur a predicato. ¶ Forte queris an aliquis terminus in aliqua propõne supponat et accipiat᷑ pro quolȝ suo significato. dico ꝙ sic vt puta si ponatur mediante copula illa imaginarie vt ly sortes in ista sortes imaginarie est asinus pro quolȝ suo sĩcato possibili ꝛ imaginabili supponit.

Quarto arguitur subiectuȝ istius propõis aliquod nõ demonstratum est lapis in profundo maris supponit pro aliquo lapide vt notũ est et tñ nõ est verificabilis: qꝛ maxime esset sic dicẽdo hoc est nõ demõstratũ quia non videtur aliquo aliomõ facienda verificatio: sed hoc non qm̃ vel ꝑ illud pronomẽ hoc aliquid demonstratur si sic tũc illa propõ est falsa ꝛ ꝑ ꝯsequẽs non fit verificatio: vel nihil demõstratur ꝛ si sic tunc a fortiori illa propõ est falsa cum eius subiectuȝ pro nullo supponat igitur illa particula verificabĩlis in potentia propinqua frustra ponitur.

Ad quarum argumentum respondetur concedendo ꝙ ly non demonstratum in ṗdicta ꝓpositione supponit pro lapide abscõso in profundo

maris et nego ꝙ non sit verificabilis pro illo mediāte copula de presenti: ⁊ dico ꝙ faciēda est verificatio ꝑ hanc propositionē hoc est nō demōstratum ⁊ qñ arguit illa propositio nequit esse vera ergo ꝑ illā nō faciēda est verificatio. rñr negādo ꝯñam qm̄ licet neqt esse vera illa existe in rerū natura posset tñ ita esse in re sicut ꝑ eam sicatur: vel sicabatur qñ talis propō fuit ⁊ ꝑ illud pronomē demonstrabat talis lapis: modo ad hoc ꝙ aliquis terminus sit verificabilis pro aliquo suo sicato non oportet ꝙ illa propositio in qua talis est terminus p̄dicatum: et pronomen demonstrans tale sicatum ē subiectum sit vel possit esse propositio vera sȝ sufficit ꝙ possit ita esse in re sicut ꝑ talem ꝓpōnem sicatur vel ꝙ ipā possit esse vera.

Correlarie seqtur quod est aliqua propō possibilis ⁊ contingens que nequit esse vera hoc patet de hac propositione omne ens est deus: licet tñ possit bene ita esse in re ymo ita fuit ante creationem mundi sicut per eam nunc significatur ⁊ hoc sufficit ad hoc ꝙ dicatur possibilis.

Quinto arguitur subiectuȝ istius propōis sortes ⁊ plato ē homo supponit ⁊ tamē nō p̄t verificari igit ad hoc ꝙ terminus supponat pro aliquo non oportet ꝙ sit verificabilis ꝓ illo ꝙ supponat notū est postꝙ illa ꝓposito est cathegorica affirmatiua ⁊ vera sed ꝙ nō sit verificabile patet qr quocūqȝ demōstrato falsum est dicere ꝙ hoc sit sortes ⁊ plato.

Respōdetur breuiter ponē do talem regulam ꝙ qñcūqȝ cum aliquo termino supponente ponitur aliqua distributio vel vniuersalitas ⁊ talis non est pars extremi tūc in facienda verificatione illius extremi dȝ remouere illā distributionē: vel illā vniuersalitatē mutando in ꝑticularitatē verbigrā in hac ꝓpōe oīs hō est aīal ly hō supponit ꝓ sorte nō tñ fiet verificatio dicēdo sic hoc est oīs hō sed remouēdo illū terminū: oīs sic dicendo hoc est hō: qm̄ illud signum oīs est signum distribuens ⁊ non ꝑs extremi. ¶ Similimō dico ꝙ illa coniunctio: ⁊ aliqñādo se habet vt signum vniuersale distribuens.

Pro quo notandum quod ly ⁊ pōt capi cōplexiue ⁊ diuisiue: qñ capitur cōplexiue cognoscit veritas illius ꝓpōis si sit affirmatiua penes hoc ꝙ illud aggregatum ꝓ quo supponit tale copulatum sit illud ꝓ quo aliud extremum supponit ⁊ sic capiendo copulatū cōplexiue equiualet termino pluralis numeri cui dȝ reddere suppositum verbigrā sortes est suum corpus ⁊ sua anima capiēdo ly ⁊ complexiue ista ꝓpositio est vera: sed si capiatur diuisiue illa ꝓpositio est falsa: qm̄ denotat ꝙ quelȝ ꝑs p̄dicati cōueniat totali subiecto: ⁊ tunc in faciēda verificatiōe talis copulati mutari dȝ ly ⁊ in ly vel vt subiectū istius sortes et plato est homo debet sic vificari hoc est sortes vel plato: ⁊ similiter subiectum istius sortes et chymera est hō: dȝ sic verificari hoc est sortes vel chymera. ¶ Ex isto correlarie sequitur: ꝙ aliqua ꝓpositio pure affirmatiua ē falsa ⁊ impossibilis tamen eius extrema adequate supponūt ꝓ eodem ptȝ correlarium de ista ꝓpositione sortes et chymera est homo.

Sexto arguitur. ponendo casum ꝙ ista littera. a. quotienscunqȝ et quandiu est a parte subiecti precise significet hominem et quotienscunqȝ ponitur a parte predicati precise significet asinum.

¶ Tunc sic arguitur ly. a. in ista propositione. a. est homo: supponit ꝓ homine vt notum est ex casu ⁊ tamē non

possit verificari de pronomine demō-
strante hominem patet maxime esset
sic dicendo hoc est a. per pnomen de-
monstrando hominem: sed illa propo-
sitio est falsa cum ly. a. per casum quo
tienscunq ponitur a parte predicati:
precise significat asinum.

Ad hoc argumentū respon
detur casu admisso dico q ly. a. suppo
nit p homine et etiam verificabilis ē
pro homine: puta per suū synonimum
scz terminum mentalem et correspon-
dentem: quoniam talis terminus mē-
talis sine ponatur a parte subiecti vel
a parte predicati semper tenet suam si
gnificationem inuariatam: vel potest
dici q ad terminum esse verificabilez
pro aliquo sufficit q talis terminus q̄
tum est ex parte sua verificaretur pro
illo donec retineret eandem significa
tionem inuariatam quando ponitur a
parte predicati quam habet quando
ponitur a parte subiecti modo opposi
tum ponitur in casu.

Mouetur breuiter aliqua
dubia. ¶ Primum dubium vtrum
subiectum huius propositionis adam
et antichristus fuerunt vel erunt sup-
ponat ⁊ sic qualiter facienda est verifi
catio.

Breuiter respondetur q to
tum subiectum illius propositiōis nō
supponit licet quelibet eius pars ca-
thegoreumatica supponat ⁊ ita habe
tur q dicta propositio est falsa vt cla
ret per disiunctiuam ad quam reduci-
tur quoniam illa propositio prius venit
pbanda ratione copule q̄ per debitā
correspondentiam partium subiecti:
ad partes predicati.

Secundo dubitatur vtrum
predicatum huius propositionis deus
necessario est creans supponat. ¶ Ad
hoc dubium respondetur breuiter q
non possit illud predicatum non ē ve
rificabile quia de nulla re verum ē di
cere hoc necessario est creās.

Et pro regula generali habe
tur in hac materia q quandocunq p̄
dicatum sequitur copulam facienda ē
verificatio ipsius mediāte copula sue
propositionis ⁊ me mouet hec ratio:
quoniam terminus in verificatione
debet teneri que ample et ita appella
te sicut in propositione in qua suppo-
nit et ita propositio assumpta ī dubio
est falsa.

Correlarie sequitur q predi
dicatum huius deus possibiliter non
est creans etiaz non supponit quia co
pula illius virtualiter est modificata
a ly necessario et similiter habetur q
ly album: in ista sortes est ⁊ fuit albuz
supponit solum pro illo quod est ⁊ fuit
album. Simili modo ly non album in
ista sortes est ⁊ fuit non album suppo-
nit solum pro illo q est ⁊ fuit nō albū.
¶ Et ita habetur q duo termini con-
tradictorij possint falsificari de eodez
termino supponēte ⁊ singulariter tē-
to. illud facile est ex dictis declarare.

¶ Tertio dubitatur vtrum
sbm̄ huius sortes inquantū homo est
animal supponat pro sorte ⁊ si sic quo
modo facienda est verificatio.
¶ Respondetur breuiter q qualiter-
cunq capiatur ly inq̄tum subiectum
predicte ppōnis supponit pro sorte ⁊
sic debet fieri verificatio hoc est sortes
existens homo per pronomē demon-
strando sortem ita gn̄aliter dicenduz
est de omni tali termino vbi ponitur
signum reduplicatiuum.

Quarto dubitatur an subie
ctum huius propositionis Joannes
essentialiter est homo supponat pro io
hanne ipso existente.
¶ Respondetur breuiter q sic ⁊ simi-
liter predicatum huius propositionis
pro iohanne supponit ⁊ ita illa propō

est vera ⁊ exponibilis faciens hũc sensum Joannes est homo ⁊ nõ stat Joãnem esse quin sit homo.

¶ **Sed contra hoc arguitur** bene sequeretur Joãnes essentialiter est homo ⁊ ioannes est iste binarius ꝑ ly iste demonstrando materiam et suã formã: ergo iste binarius essentialiter est homo. ꝯñs est falsum qm̃ falsum est ꝙ non stat illum binariuꝫ esse quin sit homo igitur: et antecedens etiam est falsum ⁊ non minor ergo maior.

¶ Respõdetur breuiter distinguẽdo hanc propositionem iste binari⁹ essentialiter est homo: vel si faciat hũc sensum iste binarius est homo et non stat istum binarium essentia quin sit homo ⁊ tunc illa propositio est falsa: ⁊ in tali sensu nõ sequitur ex illo antecedẽte vel si faciat hunc sensum ille binarius est homo ⁊ non stat illum binariuꝫ esse ens quin sit homo et iste sensus ẽ verus ⁊ per consequẽs etiam ipsa propositio est vera de istis ꝓpõib⁹ ⁊ similibus lati⁹ videbitur in exponibilib⁹

¶ Ultimo dubitatur: an omnis terminus qui supponit pro aliquo suo significato sit verificabilis pro illo ⁊ econuerso respondetur breuiter ꝑ duas ꝓpositiones. Prima est hec dabilis est aliquis terminus qui supponit pro aliquo ⁊ tamẽ non est verificabilis ꝓ illo hoc probatur de predicato huius propositionis hoc est hoc predicatum qđ non est verificabile ꝑ pronomen vtrobiꝗ demonstrando illudmet predicatum illius ꝓpositionis. ¶ Sed dices illa ꝓpositio est vera ⁊ ita est in re sicut per eã significat: ergo sequitur qđ eius predicatum verificatur de subiecto ¶ Respondetur negando cõseq̃ntiam quoniã illud predicatum significat semetipsum adequate esse non verificabile ⁊ per cõsequens habet non verificare annexum ⁊ diffinitio ipsius suppositionis data intelligi debet extra terminos reflexiuos.

¶ Secunda propositio dabilis ẽ etiã aliquis terminus qui verificatur ⁊ tamen nõ supponit patet de p̃dicato huius propositionis hoc est hoc predicatum quod non supponit per pronomẽ vtrobiꝗ demonstrando illudmet predicatũ illius ꝓpõnis cuius est pars:

¶ Tertia propositio omnis termin⁹ qui supponit est verificabilis ⁊ ecõuerso dũmodo talis terminus non habeat non verificare vel non supponere sibi annexum per reflectionem ista propositõ claret: quia ly verificabile est ꝓpria passio ipsius termini supposito ergo est secum conuertibile secunduꝫ talem significationem.

Consequẽter ponuntur alique regule cõmunes multum conducentes ad cognoscendas propositionum veritates ⁊ falsitates quarũ prima est hec omnis ꝓpositio pure affirmatiua cuius subiectum ⁊ predicatuꝫ pro eodem supponunt est ꝓpositio vera ⁊ si sit negatiua taliter se habẽs ipsa est falsa ¶ Inde est hanc propositionem esse veram homo est animal.

¶ Sed hec regula intelligi debet aliquib⁹ instãtijs ⁊ ĩpedimẽtis deductis.

Primum impedimentum instãtia est quãdo talis propositio nõ est pure affirmatiua: sed includit in se vnam negatiuam cuiusmodi est hec ꝓpositio tãtum sortes est homo que est falsa: licet extrema ꝓ eodẽ supponãt Et similiter hec deus ens cõtingẽter est: est falsa licet extrema supponãt ꝓ eodem ⁊ ita de multis propositionib⁹ exponibilibus dicendum est.

Secundum impedimentuꝫ est quando in tali ꝓpositiõe ponitur aliqua distributio vel vniuersalitas vt hec propositio aliq̃s homo omnis homo est licet extrema in illis supponãt pro eodem.

Tertia instantia est quando talis propositio est reflexiua et se falsificans cuiusmodi est ista ꝓpositio hec est falsa que demõstrat seipsum vbi extrema illius ꝓpositionis supponũt ꝓ illamet ꝓpositione tamẽ ipa est falsa.

Quarta instantia est de hac propositiõe pater in diuinis est filius que est falsa ⁊ heretica ⁊ tamẽ eius extrema supponunt pro eadem re scȝ ꝓ ipsa essentia diuina: sed non supponũt pro eadem essentia tanq̃ pro supposito immediato: multe alie instãtie possunt assignari quas gratia breuitatis ⁊ doctrine omitto.

Secũda regula. omnis propositio cathegorica pure affirmatiua cuius vnum extremũ non supponit est falsa inde est ꝙ iste ꝓpositiões sũt false chymera est chymera antichristus est homo ⁊ sic de similibus. ¶ Ex isto correlarie sequitur ꝙ oĩs ꝓpositio cathegorica affirmatiua cuius extrema nõ supponũt pro eodem est falsa cuiusmodi est hec homo ẽ asinus. ¶ Tertia regula: omnis ꝓpositio cathegorica pure negatiua cuius vnum extremũ non supponit vel si supponat extrema non supponunt pro eodeȝ est propositio vera. ¶ Inde est ꝙ hec propositio est vera antichristus non est homo ⁊ similiter hec nullus homo est asinus. ¶ Ex ista regula sequitur correlarie omnes has propositiones esse veras chymera nõ differt ab asino: chymera nõ est aliud quaȝ summulista chymera ⁊ antichristus non cessant comedere ferrũ chymera ⁊ nemo sunt fratres capiendo ly nemo neganter vt tantum valeat sicut nullus homo.

Contra hanc regulam instatur sic ista propositio tantum ens non est chymera est negatiua ⁊ falsa et tamen eius predicatum nõ supponit igitur regula falsa. ¶ Forte dices bene ꝙ ipsa non est pure negatiua: sed ẽ negatiua p̃gnans inferens vnam propositionem affirmatiuam. ¶ Replicatur sic ista propositio nullus homo bis bibit vinum est pure negatiua ⁊ falsa et tamen eius predicatum non supponit postq̃ de nullo est verum dicere hoc ẽ bis bibens vinum.

Respõdetur breuiter quod predicatum illius ꝓpositionis supponit nec est facienda sic verificatio quoniam ly bis includit signum vniuersale: ⁊ ideo loco eius in verificatione debet poni ly semel sic dicẽdo hoc est semel bibens vinum demonstrando hominem. ¶ Similimodo dicendum est de predicato huius propositionis nõ ad equitandũ requiritur equus qꝫ tale p̃dicatum supponit nec debet sic fieri verificatio hoc est requisitũ ad equitandum: sed sic hoc est conueniens ad equitãdum quoniaȝ ly requisitum includit vniuersalitatem.

¶ Additio.

Prima suppositionis in toto suo ambitu partitio.



Ʋ ppositio p̃ma sui diuisione ptitur in suppositioneȝ propriam ⁊ impropriã. ¶ Et p̃mo de suppositione ipropria. videndum est primo: quia in sequẽtibus aliquas propositiones negaremus in rigore logices que tamen virtute illius suppositionis conceduntur tum secundo quia pauca ĩ tali genere suppositionis tractanda veniũt ⁊ de paucis primo est agendum et ne etiam illis paucis omissis in multis per ignota pro-

cedamus et quia (vt inquid Boeti⁹ in libris diuisionum) omne multiplex in distinctum parit confusionem, suppositio impropria iterum diuiditur quedã est anthonomatica quedam sinecdochia et quedam metaphorica suppositione anthonomatica est termin⁹ existens in propositione supponẽs pro illo significato cui conuenit per excellẽtiam vt ly philosophus in hac propositione philosophus dixit mundum fuisse ab eterno supponit et accipitur ex vsu et modo loquendi pro solo Aristothele similiter ly poeta in hac propositio poeta dicit hoc apud grecos pro homero supponit et apud latinos pro vergilio et ille terminus sapiens pro Salomone supponit anthonomatice hoc est per excellentiam super omnes sapientes creatos.

Suppositio vero sinecdochica est terminus existens in propositione significans partez alicuius totius acceptus tamẽ pro toto cuius est vel denotatur esse illa pars vel econuerso exemplum in letanijs decantandis dicamus sancte Petre ora pro nobis ibi ly Petre capitur improprie et sinecdochice pro anima petri existente in Paradiso: quia loquendo de suppositione propria ly Petre non supponeret dato quod poneretur in propositione cum ipse nullibi sit ens: sed materia eius est in terra et anima in celo et debet sic fieri verificatio de anima hoc est sanctus Petrus demonstrando animam similiter ly iste in hac propositiõe iste fuit pater sortis demõstrãdo corpus sine anima in tumulo vel in domo ly, iste quãuis sola materia demonstretur supponit pro parte sortis: sed improprie et sinecdochice.

¶ Suppositio metaphorica est terminus in ꝓpositione existẽs supponens pro illo quod similitudinarie significat et transumptiue exemplum vt cum dicimus communiter rẽ continentem pro contento sumendo vrbs Parisiensis est cara hoc est victualia sunt cara in vrbe Parisiensi ly vrbs in illa ꝓpositiõe prima supponit methaphorice pro victualibus in in ea contentis aliud exẽplum vbi demonstramus aliquem malum et crudelem principem suis subditis dicimus iste est nero ibi ly Nero supponit pro tali principe demonstrato sed hoc nõ est proprie sed methaphorice ad similitudidem Neronis qui fuit princeps crudelissimus.

Contra has tres diffinitiones ꝓ maiori illorũ declaratiõe solũ parua obiectiones deducemus et primo contra primã diffinitionem sic argumẽtor si daretur aliqua suppositio anthonomatica maxie esset subim̃ huius propositiõis philosoph⁹ dixit mũdũ fuisse ab eterno sed illa est propria et non anthonomatica igitur minor ꝓbatur subiectum illius propõnis supponit ꝓ platone et similiter pro socrate adeo proprie et eque principaliter sicut pro aristotele ergo nõ denotat alicui⁹ excellentiam magis q̃ aliorum et per consequens ex diffinitione non supponit anthonomatice añs probatur platone demonstrato verum est dicere hoc est vel fuit philosophus ergo supponit pro illo. Tunc etiam supponit pro suo significato proprie dicto personaliter et significatiue ergo supponit proprie non improprie quod ẽ probandum.

Ad hoc argumentum respõdetur concedendo sequelam et negãdo minorem et ad probationem distingueret forte aliquis antecedens q̃d eque proprie supponit pro platone et socrate sicut pro aristotele et eque principaliter vel si ille terminus phũs capiat proprie seu cathegorice ꝓ illo ꝓ quo primario fuit ipositus ad signduz

et sic concedet vel si capiatur impro- prie pro illo quod significat denotan- do excellentiam in phia super omnes alios ⁊ sic negabit.

¶ Contra illam solutionē arguitur capiendo vt dictum est in so lutione supponit pro platone ⁊ pro so crate ergo solutio nulla antecedens probat platone demōstrato hec est ve ra hoc est vel fuit phūs per excellen- tiam vel philosophus phōrum quod idē est assumptum ptꝫ illa reducitur ad istam disiunctiuam veram hoc est phūs phōrum vel hoc fuit ⁊c modo se cunda pars est vera vt notum cum sit vna de preterito que habuit vnam o- tnesse veram puta istam plato est phi- losophus phōrum vel phūs excellen- tissimus nā illa fuit vera tpe platonis post mortē socratis durante aristote- lis infantia ipsoq; sub secula platonis addiscēte hec replica clare probat ꝙ capiendo illū terminum phūs antho- nomatice mediante copula ampliati- ua bene supponit pro pluribus sꝫ me- diante copula de pñti seclusa amplia- tione pro solo aristotele supponit.

¶ Ideo aliter rñr ad argumentum concessa seqla negando minorē et ad probationem nego ꝯñam factam que denotat excellentiam in diuersis fuis- se sed in diuersis temporibus.

Contra hoc arguitur seque retur has simul stare in veritate phūs dixit mundum fuisse ab eterno phūs non dixit mundū fuisse ab eterno ca piendo ly philosophus anthonomati- ce. ¶ Breuiter respondeo ad replicā concedendo sequelam qr de affirmati ua non est q̄stio quin sit vera ⁊ negati ua verificatur pro socrate ⁊ platone q̄ non dixerunt mundum fuisse ab eter- no: ideo ille subcontrariantur vtroq; mō sꝫ mediante copula de pñti repu- gnant solū de materia capiēdo ly phi- losophꝰ iproprie vt in plurimū tñ et apud nos siue in ꝓpōibus de preteri- to siue de futuro appropriatur ille ter minus, phō, aristoteli ⁊ non alteri ab eo ita ꝙ ista philosophus nō dixit mū dū fuisse ab eterno recipitur vt implu rimum tanq̄ propositio falsa.

¶ Uelim tamen, in rigore logices et tutius vt prius respondere conceden- do illam propositionem nuper tactā precipue si arguens in propria mate- ria disputaret stando in rigore rl'arū logicalium Sed vbi argumentū aliḋ negocium ꝓquirit ⁊ aliam difficulta- tem neganda semper quasi venit illa propō nā tūc cōiter capitur loco istiꝰ aristoteles non dixit mundum fuisse ab eterno.

¶ Contra solutionem arguitur vł iste terminus philosophus anthonomati ce sumptus vocalis vel scriptus signi ficat ⁊ supponit pro aristotele mediā- te conceptu cōmuni vel singulari non mente cōi qr tūc plura significare per excellentiam et cum non sit maior ra tio de vno q̄ de alio oēs philosophos creatos possibiles significabit per ex cellentiam modo hoc videtur falsum cum omnes homines possibiles oēs possibiles non possint excellere ⁊ etiā ille superlatiꝰ ibi intellectus puta phi losophos excellentissimus in proposi- to affirmatiue exponitur igitur non si gnificant mediante conspectu cōi: nec mediante singulari ptꝫ quia median- te conceptu singulari aristoteles non post significare ipsum per excellentiā alias ille terminus aristotelis qui sin gulariter significat mediāte eodē con ceptu ēt sicaret ipsum ꝑ excellentiā qḋ est falsum: similiter sequeretur ꝙ nūq̄ significasset platonē qḋ etiam est fal- sum: sequela ē nota ⁊ falsitas ꝯñtis ꝓ- batur in argumento imo aliqñ antho nomatice capiendo illū terminū vt ꝓ bauimus supponebat pro platone.

¶ Ad hanc replicam respondetur cō cedo assumptū ⁊ cū quererit mediāte

communi conceptu vel singulari dicit mediante conceptu communi repsentatiuo omnium philosophorum possibilium in specie humana & cuz impro batur. nam tunc plura significaret p excellentiã concedo & cũ vlterius improbatur q non datur ratio diuersitatis & per pñs omnes scabit p excellentiam pcedo totum & etiã pcedo q oẽs possibiles non possunt habere excellẽtiam super oẽs possibiles & nego q ppterea sequat q nõ scat plura per excellentiam multa scat terminus pro quo non potest supponere & ideo est qr sua cognotatio non potest pluribus simul conuenire diuisim.

Secundo arguit contra diffinitionem suppositionis sinecdochie sequit ex illa diffinitione q si iste terminus sortes vltra scationem quã habet imponeretur ad scandũ partẽ sortis q esset suppositio sinecdochica pñs ẽ falsum ergo & añs sequela pbatur ille terminus sortes significat partem & accipitur pro toto cuius est illa pars ergo &c p diffinitionẽ datam: sz q non supponat sinocdochice probatur accipit in tali casu proprie tam pro sorte q̃ p parte & nullo modo iproprie ergo nõ supponit sinecdochice.

Respondetur negãdo sequelã & ad probationem nego consequentiam: qr non accipitur pro toto improprie: immo ad placitum proprie scat sortem: anteq̃ enim supponeret pro sorte sinecdochice opporteret q vltra illud quod scat partem sortis pprie acciperetur pro sorte improprie puta ex quadam consuetudine & non ex voluntaria impositione sicut in proposito vel econuerso quod dicis de toto diceres de parte.

Contra hoc arguitur eodez modo sequeretur q iste terminus petrus in hac ppõne positus sanctus petrus fulget miraculis in terra velit i vrbe Roma nõ esset suppositio sinecdochica cõsequens est falsum: igitur ille terminus petrus nõ scat animã petri cuz nunq̃ fuerit impositus ad scandũ eam: ergo nõ supponit p anima petri tenet pñs a superiori ad inferius negatiue.

Potes dicere quod etiam supponit pro ipso petro: nã sensus ei s est. Sanctus petrus qui est vel fuit fulget miraculis. Ad replicam tamẽ respondetur distinguẽdo q non significet animam petri vel proprie naturaliter vel ad placitum concedo vel improprie: & sic nego: vnde sicut supponit pro anima petri improprie: & ex quadam consuetudine ita significat ipsam iprope.

Correlarie sequitur proprie capiẽdo terminos omnes iste sunt negande: sanctus petrus est in celo. Templũ sancti bartholomei ẽ tegradi. Judas est in inferno: sanctus Dionysius ẽ gallorum protector que omnes tamen cõceduntur capiendo terminos sinecdochice ista ex dictis sunt: quia nec alia probatione egent.

Tertio arguitur contra diffinitionem suppositionis metaphorice sequeretur ex illa q si iste terminus vero vltra significationem quam habet iponeretur ad significandum omnem hominem similem neroni in crudelitati quod pro quocunq̃ taliter semper supponeret metaphorice consequens est falsum: ergo diffinitio non valet seque la patet cum illum significet ex similitudine sed falsitatem consequanti pbo illud significat ad placitum proprie & pro illo accipitur cum autentica impositione ergo pprie supponit p illo & p consequens non methaphorice.

Ad argumentum respõdetur negãdo facta tali impositione q supponeret anthonomatice pro simili neroni in seuitia et ad probationem adductã nam singnificat illum ex similitudine distingo vel precise propter similitudinem et sic nego et hoc requiritur anteq̃ supponeret pro illo metaphori

ce cum terminis in diffinitione intellectis vel nõ precise: sed virtute talis impositionis: ⁊ sic bene concedo et illa sufficiẽs impositio ad hoc significãdum tollit suppositionẽ impropriam ⁊ eadem vel simili via possunt solui questiones et argumenta que contra has diffinitiones valent applicari sequit̃ nunc de suppositione.

Diuisio prima ipsius suppositionis proprie.



Omnequẽter ponũtur alique diuisiões illius termini suppõ quarũ prima est hec suppositionũ seu terminorũ supponẽtiũ q̃dam d̃r materialis ⁊ q̃dã ꝑsonalis

¶ Suppositio materialis sic diffinit̃ ẽ terminus supponens in propositione acceptus ꝓ suo sc̃ato non vltimato in ordine ad conceptũ non vltimatũ exẽplũ vt ly homo in ista homo est dictio est terminus supponens materialiter dixi notante pro suo significato nõ vltimato ad differẽtiã termini supponẽtis personaliter solũ pro suo sc̃ato vltimato cuiusmodi est subiectum hui⁹ ꝓpositionis summulista est homo.

¶ Dixi notanter in ordine ad conceptum non vltimatum ad differentiam subiecti istius ꝓpõis omne ens ẽ ens quod subiectum supponit pro seipso ꝑsonaliter vt ibi sumitur et licet sc̃at se non vltimate tamen hoc est mediante conceptu vltimato qui est naturalis similitudo omniũ entium ⁊ hoc loquendo de illo termino secundũ ꝙ capitur in illa propositione. ¶ Pro hac diffinitione supositionis materialis itelligenda ¶ Notandum est primo ꝙ duplex est significatum alicuius termini quoddam est sc̃atum vltimatũ ⁊ dicitur illud qđ sc̃atur proprie vel ad placitum proprie vel naturaliter proprie ꝑ ipm̃ terminũ cuiusmodi est quelibet res que est hõ in ordine ad istum terminum homo. ¶ Aliud est sc̃atum nõ vltimatum ipsius termini ⁊ d̃r illud ꝙ significatur ꝑ ipm̃ terminuz impropꝛie hoc est naturaliter cõmuniter vel ad placitum impropꝛie: vt ptz de ista voce homo in sc̃ando seipam vel suũ prolatorem ⁊ omes terminos sibi similes

¶ Correlarie sequit̃ ꝙ idem est sc̃atũ vltimatum ⁊ sc̃atum nõ vltimutũ etiã respectu eiusdem termini vt ptz d̃ illa dictione ens in significando seipaz ad placitum propꝛie ⁊ naturaliter cõiter

¶ Secundo notandũ est ꝙ duplex est conceptus: scilicet vltimatus ⁊ non vltimatus conceptus dicitur vltimatus secundum communiter loquentes ille qui est naturalis similitudo rei ad extra. ¶ Et ille conceptus dicitur non vltimatus qui est adequata naturalis similitudo termini logicalis cuiusmodi est naturalis similitudo illius vocis homo.

¶ Correlarie sequitur ꝙ isti termĩ impertinenter se habent concepius vltimatus ad significatum vltimatum.

¶ Et similiter illi termini impertinẽter se habent significatum non vltimatum ⁊ conceptus nõ vltimat⁹ hoc totum declarabitur inter disputanduz.

¶ Sequitur secundo quod quelibet vox significatiua subordinatur tribus cõceptibus significando sua significata: quorũ vnus est vltimatus.

¶ Et aliũ duo dicuntur conceptus nõ vltimati hoc claret de ista voce homo qui in significando quẽlibet hominez subordinatur vni conceptui vltimato qui est adequate naturlis similitudo omnium hominum ⁊ in significãdo seipsam et quemlibet terminum sibi sinonymum subordĩatur vni conceptui nõ vltimato qui est naturalis similitudo cuiuslibet talis termini homo: homo.

Tertio ex omnibus sequitur quod quilibet terminus materialiter supponens in significando et supponendo alicui alteri termino subor-

dinatur. ¶ Ideo ponit hec regula ꝙ nullus naturaliter proprie significans potest supponere materialiter.

Suppositio personalis est terminus supponens pro suo significato vltimato in quantum illud est significatum suum vltimatum: cuiusmodi est subiectum istius propositionis homo est animal similiter subiectum istius mentalis, sortes est dictio: particule huius diffinitionis sufficienter intelligi possunt ex predictis.

¶ Contra istas diffinitiões sic declaratas breuiter instatur sic subiectum istius propositionis iste terminus homo est dictio supponit vt notum est: ꝛ tamen nec materialiter nec personaliter: igitur diuisio data est insufficiens amior probatur: quoniam illud subiectum est terminus complexus ex duabus partibus: quarum vna puta ly homo supponit materialiter ꝛ altera pars: puta ly iste terminus personaliter: ergo non est maior ratio ꝙ illud totale subiectum deberet supponere materialiter quam personaliter.

Respondetur breuiter quod argumentum sufficienter probat esse superaddendum tertium membrum ipsi diuisioni scilicet terminus supponens mixtim puta materialiter ꝛ personaliter ideo ponitur. ¶ Hec regula quandocunque etiam aliquod complexum ex pluribus terminis quorum vnus supponit materialiter ꝛ alter personaliter totum illud complexum dicitur supponere mixtim: puta materialiter ꝛ personaliter: exemplum est de isto disiuncto animal vel ly homo: in hac propositione sortes est animal vel ly homo.

¶ Secundo arguitur subiectum huius propositiõis sortes ymaginarie est plato suponit pro platone postquam illa propositio est pure affirmatiua ꝛ vera oportet eius extrema supponere pro eodem: tamen non supponit pro ipso platone nec materialiter nec personaliter igitur diuisio est insufficiens: probatur minor quia quero ꝙ illorum. ¶ Si dicas personaliter. ¶ Contra plato non est significatum proprium ꝛ vltimatum illius termini sortes: ergo non suponit pro eo personaliter et quod non suponat materialiter pro platone manifestum est cum non subordinetur conceptui non vltimato in sic supponendo.

Ad hoc secundum argumentum respondetur côcedendo ꝙ ly sortes in illa propositiõe sortes ymaginarie est plato suponit pro platone ꝛ hoc suppositione personali. ¶ Et quando dicis nõ sicat platonẽ proprie distingo vel proprie ꝛ absolute sic quod imponebatur ad ipsum representandum vel sit eius naturalis similitudo ꝛ sic bene côcedo vel quod non significet ipsum Platonem proprie de sua significatione respectiua quam acquirit in ordine ad illam copulam ymaginarie ꝛ sic negatur: imo ponit hec regula quod omnis terminus mundi positus mediante illa copula ymaginarie significat proprie respectiue quamlibet rem mũdi ꝛ si sit terminus supponens non restrictus pro quolibet re mundi suponit suppositione personali. ¶ Inde est quod ly homo in ista homo ymaginarie est dictio pro qualibet re mũdi possibili ꝛ ymaginabili suponit personaliter

Tertio arguitur subiectum huius propositionis homo est pictus suponit pro imaginarie ipsius hominis vt notum est ꝛ tamẽ vt sic non suponit materialiter quoniã in significãdo illam ymaginem nõ subordinatur conceptui non vltimato sed vni côceptui vltimato quod est naturalis similitudo talis ymaginis ꝛ ꝙ nõ suponat personaliter pro tali ymagine probatur: quoniam nõ significat illã ymaginẽ proprie ꝛ vltimate sed solum improprie ergo non supp-

ponit ꝓ eā personaliter: tenet cōsequē tia quia per diffinitionem suppositionis personalis habetur ꝙ nunꝗ teri⁹ supponit personaliter nisi ꝓ suo significato vltimato in̄ꝗtum vltimatum: ergo sequitur ꝙ diuisio data est insufficiens.

Ad tertium argumentuꝫ respondetur concedendo ꝙ subiectuꝫ illius propositionis homo est pictus: supponit pro ymagine hominis ꝛ hoc suppositione personali ꝛ quando dicitur ymago hominis non est significatum ꝓprium seu ꝓprie dictum ꝛ vltiatum illius termini homo: sed solū ei⁹ significatum improprie dictum.

¶ Dico ꝙ ꝗuis illa ymago hominis non significetur ad placituꝫ ꝓprie vel naturaliter ꝓprie ꝑ illū terminum homo: significatur tamen vltimate per talem terminum ꝛ est eius significatum vltimatum capiendo ly significatum vltimatum ꝓut in ꝓposito sumitur in diffinitione data ipsius suppositionis personalis.

Pro quo aduerte ꝙ aliquid potest dici significatum vltimatū alicuius termini dupliciter. Uno modo ꝙ significatur ad placitum proprie vł naturaliter ꝓprie per talem terminū ¶ Alio modo quia talis terminus in significando illud significatum subordinatur vni conceptui vltimato ꝛ pro tali significato natus est teneri ẜcatiẽ in ꝓpositione ꝛ hoc modo loquendo ille terminus homo ẜcat ymaginem hominis tanꝗ suum significatum vltimatum.

Ulterius aduerte ꝙ terminus dicitur teneri significatiue ꝓ aliquo quando sic accipitur pro illo ꝙ si ei adderetur istud signum materialitatis ly. vel aliquod aliud simile signū non amplius acciperetur ꝓ illo ꝛ opposito modo dicitur terminus teneri pro aliquo non ẜcatiue. ¶ Et inde est ꝙ idem est dicere iste terminus tenet̄ personaliter ꝛ iste terminus tenetur significatiue similiter ideꝫ est dictu iste terminus tenetur materialiter: et iste terius tenetur non significatiue.

Ex isto correlarie sequitur ꝙ subiectum huius propositionis homo est pictus stat significatiue ꝓ homine picto: quia si ei adderetur istud signum materialitatis ly. sic dicendo ly homo est pictus non amplius acciperetur pro homine picto sed pro tali termino homo.

Relictis argumentationib⁹ breuitatis causa mouentur dubia. ¶ Primo dubitatur qualiter supponit subiectum huius ꝓpositionis sor. et plato sunt termini. ¶ Et similiter inuestigonduꝫ est de subiecto hui⁹ sortes vel ly homo est animal.

Ad istud dubium quo ad primam partem dico ꝙ istud totum copulatum sortes ꝛ plato positum ī hac ꝓpositione sortes ꝛ plato sunt termini supponit materialiter ꝛ ratio est quia quelibet eius pars que ꝓ aliquo accipitur puta tā ly sortes ꝗ ly plato supponit materialiter: ideo pōitur hec regula ꝙ quandocunꝗ est aliquod complexum cuius quelibet pars cathegoreumatica suponit materialiter totū illud complexum dicit̄ supponere materialiter: nec respiciendum est ad sincathegoreuma sumptum ẜcatiue.

Sequens est ꝙ subiectū huius propositionis sortes vel plato est terminus suponit materialiter qualitercunꝗ capiatur ly vel siue ẜcatiue siue non ẜcatiue. ¶ Sed quereret aliquis qualiter supponeret ꝑdicatū huius ꝓpositionis aliqua entia sunt sortes ꝛ ly plato. ¶ Respondetur breuit̄ ꝙ tale ꝑdicatum seu copulatum sup-

ponit mixtim quia materialiter et personaliter: quoniam vna eius pars principalis puta ly sortes supponit personaliter et alia pars principalis puta ly plato suponit materialiter.

¶ Secundo dubitatur an sit ponenda suppositio simplex distincta a suppositione materiali et personali.

¶ Ad istud dubium respondetur primo notando quod si suppositio simplex esset ponenda deberet sic diffiniri.

¶ Suppositio simplex est terminus suponens pro suo conceptu vltimato mediante naturali similitudine illius conceptus qui est conceptus reflexus exemplum solet dari de subiecto huius propositionis vocalis homo est species secundum quod tale subiectum accipitur pro conceptu omnium hominum.

Correlarie sequitur quod

nunquam terminus non significatiuus potest supponere simpliciter cum talis non habeat conceptum vltimatum.

Hoc notato ad dubium respondetur

conformiter secundum viam nominalium non potentem pluralitatem sine necessitate quod suppositio simplex comprehenditur sub suppositione materiali ita quod omnis terminus qui supponit simpliciter: supponit materialiter et non econuerso istud declarabitur inter disputandum

Tertio dubitatur an aliquis

terminus mentalis possit supponere materialiter ¶ Respondetur breuiter quod sic puta addendo ei signum materialitatis supponeret tunc pro seipso et terminis sibi synonimis materialiter ¶ Sed ponitur hec regula quod nunquam terminus mentalis suponit materialiter pro illo quod significat naturaliter proprie et secundum illam rationem secundum quam significat naturaliter proprie.

Consequenter ponuntur a-

Regule lique regule communes valentes ad cognoscendum aliquem terminum supponere materialiter vel personaliter.

¶ Quarum prima est hec Quilibet terminus significatiuus suponens positus a parte predicati suponit personaliter: nisi ei addatur signum materialitatis. Prima

¶ Unde signa materialitatis sunt ista ly. ista vox. ista dictio. ista scriptura. iste conceptus. hec oratio. hoc nomen. iste terminus. et sic de similibus: sed hec regula intelligi debet quando tale predicatum est terminus cathegoreumaticus: quod dixi propter predicatum huius propositionis signum vniuersale est omnis. ¶ Similiter intelligitur quando predicatum non est integra propositio quod dixi propter predicatum huius propositionis aliqua propositio est homo est animal.

¶ Secunda regula est. omnis terminus positus a parte subiecti respectu predicati quod est terminus secunde intentionis si suponat suponet materialiter. Exemplum est de subiecto huius propositionis homo est dictio: sed hec regula non est vniuersaliter vera sed magis doctrinalis ideo patitur multas instantias. ¶ Prima est de subiecto huius propositionis quilibet homo est dictio quod subiectum restringitur ab illo signo quilibet ad standum personaliter. Secunda / Prima instantia

¶ Instantia secunda est de 2

subiecto propositionis mentalis cui subordinatur hec propositio vocalis homo est dictio quod subiectum suponit personaliter pro tali voce homo cuius est naturalis similitudo.

Et ita non inconuenit duas

propositiones esse synonimas simpliciter quarum subiectum vnius suponit materialiter et subiectum alterius materialiter. ¶ Et similiter duas propositiones esse contradictorias et vere oppositas et tamen subiectum in vna tenetur personaliter et in alia meterialiter.

¶ Tertia instantia est de subiecto huius propositionis sortes est equiuo- 3

catus sed ly equiuocatus non est terminus secunde intentionis put in ꝓposito capitur quoniam terminus secunde intentionis in ꝓposito dicitur ille qui mediante copula de presenti non posset supponere ꝓ re ad extra sz solum ꝓ termino logicali modo ly equiuocatum soponit ꝓ re ad extra puta ꝓ forte multe alie instantie possunt assignari quas gratia breuitatis omitto.

Tertia regula est si predicatum fuerit terminus secunde intentionis similiter subiectum: tunc subiectum potest multipliciter se habere qa vel predicatum potest solum competere subiecto pro suo significato vltimato et tunc tale subiectum suponit materialiter vt patet de subiecto huius ꝓpositionis.

¶ Argumentatio est subiectum logices vel predicatum posset competere subiecto ꝓ suo significato vltimato solum et tunc tale subiectum dicitur suponere ꝑsonaliter: vt patet de subiecto huius ꝓpositionis ꝓpositio est oratio vel si p̄dicatum taliter se habeat q̄ pt competere subiecto indifferenter ꝓ vtroqꝫ significato tam vltimato q̄ nō vltimato vel si taliter se habeat quod nullo pacto posset ei competere ꝓ aliquo suo significato et tunc tale subiectum posset indifferenter suponere materialiter vel personaliter ideo omnis talis ꝓpō esset distinguenda exēplum primi est de subiecto huius ꝓpositionis terminus nomen. Exemplū secundi est de subiecto huius ꝓpositionis indiuiduum est generalissimum et hec de hac diuisione breuitatis causa sufficiant.

Sequitur secunda diuisio que est hec suppositionum quedā est communis et quedam est discreta siue singularis.

¶ Suppositio communis ē terminus communis et communiter accept' supponens: vt in hac propositione homo est animal: ly homo et similiter ly animal supponit communiter.

¶ Dixi notanter communiter acceptus propter tales terminos iste homo iste equus et etiam propter terminū qui de vna significatione sua esset terminus communis et de alia singularis et solum suponeret sm̄ suam sca tionem singularem.

¶ Suppositio discreta est terminus supponens discrete acceptus et in proposito capi discrete et singulariter idem est exemplum: vt in hac propositione sortes est homo: ille terminus sortes supponit discrete similiter iste terminus homo in hac ꝓpositione iste homo currit suponit discrete.

¶ Dubitaret aliquis an diuisioni supradicte sit superaddendum vnum tertium membrum scilicet suppositio mixta puta partim communis et partim singularis.

Respondeo breuiter quod non quemadmodum in diuisione termini commune et singularem non ponitur terminus mixtus etiam non est ponenda suppositio mixta inter hec duo membra predicte diuisionis.

Circa istam diuisionem possunt moueri difficultates tacte in diuisione termini communem et singularem terminum et multe alie quas relinquo breuitatis causa.

¶ Additio.

Tagam tamen hoc vnicum dubium vtrum subiectum huius ꝓpōnis omnia entia que sunt sortes: sunt homo suponat.

Respondetur ad dubium affirmatiue et conuertitur cū ly sortes

veruntamen non propter hoc suppo- nit discrete nec hoc arguit ipsum es- se terminum singularem quia vt prius diximus aliquis terminus cum ter- mino singulari conuertitur vt istud di siunctum fortes vel chymera: conuer- titur cum ly fortes. Sed ideo est ter- minus singularis dando causã discri minis quia ille terminus ex suo signi ficandi ratione restrictionis seu im- plicationis in eo existentis restringi- tur ad standum pro vno solo: ideo im- ponebatur impositiõe singulari illud vero disiunctum: fortes vel chymera non habet talem modum significandi immo ex suo modo significandi non ꝛ repugnat supponere pro pluribus vni uoce et diuisim et pari modo dicendi solues argumentum: quorundam satis vulgatum ꝛ commune volentium pro bare ꝙ ly fortes sit terminus commu- nis eodemmodo sicut ly sol si per pos- sibile vel impossibile esset plures soles iste terminus sol significaret omnes ꝛc. ergo et si per possibile vel impossi- bile essent plures fortes iste terminus fortes significaret omnes vniuoce: et per consequens si vnus illorum sit cõ- munis: alter etiam erit communis.

¶ Respondetur negando consequen tiam vltimam et ratio est quia ille ter minus sol fuit impositus impositione communi et non ille terminus fortes sed impositione discreta ad significan dum hoc indiuiduum adequate.

¶ Sed contra responsionem dubiũ sic arguitur sub nullo termino supponen te discrete potest fieri descensus sed sub subiecto illius propositionis licet ascendere igitur non supponit discre- te maior satis nota videtur: conseq̃n- tia virtualiter est sillogica.

¶ Sed probatur minor supponendo quemlibet terminum nunc numeri plu ralis habere copulatum complexi- ue sumptum sibi correspondens: in sin gulari cui etiam equiualet in conse- quendo hoc admisso (quod rationa- bilius concedi habet quam negari) sic arguo.

¶ Bene sequitur omnia entia que sũt fortes sunt homo: et ista entia que sũt fortes sunt omnia entia que sunt for- tes: ergo ista entia que sunt fortes sũt homo: et ista entia que sunt fortes sunt homo: et sic de singulis et per ly ista vtrobique demonstro duas medieta- tes fortis.

¶ Ista consequentia videtur tenere ꝑ descensum ergo sub tali termino licet fieri descensum quod erat probandũ quod teneat per descensum patet: ar- guitur a termino superiori ad termi- nos iferiores et ĩ supponẽdo posita de bita ꝯstãtia cũ alijs particularis: ꝛ ꝓ batur quod ille terminus entia q̃ sunt fortes: sit terminus superior ad illum terminum ista entia que sunt fortes nõ stat secundum supponere pro aliquo quin primus pro illo supponat: sed be ne ediuerso: ergo arguitur a termino superiori ꝛc.

Maior claret et minor pro batur. Pono casum quod forte manẽ te deus continuet partem materie pe dis fortis capiti et tantundem mate- rie capitis continuet pedi faciat deus cras et per ly ista demonstrabam me- dietates fortis superiorem et inferio- rem tunc sic: cras iste terminus entia ꝛc. Suponat pro forte et non ille ter- minus ista entia ꝛc et loquor de illis terminis in mẽte vbi per ly ista demõ strabantur medietates ante talem ꝑ- tium verificationem ꝛ conseruẽtur ta les termini vsq̃ post discontinuatio- nem: quod ille terminus entia que sũt tres: cras supponat pro forte notũ est sed quod alter non supponet patet: et suppono quod sumus in die crasti- no ista est falsa ista entia ꝛc. patet se-

quitur bene ista entia que sunt sortes sunt homo: ergo istud ens et istud ens que sunt sortes: sunt homo: sed consequens est falsum ergo et antecedēs bonitas cōsequentie tenet ex primo supposito vez quod quilibet terminus numeri pluralis habeat copulatū etc. et falsitas consequentis patet cum sit propositio affirmatiua de subiecto non supponente ceteris paribus quoniam ly istud ens nullibi supponit cum per vnā partem copulati demonstretur medietas inferior que heri erat et per aliam partē medietatis superiore modo nulla illarum est cum partes earum sint variate vt in casu deducebamus et sic nulla pars principalis copulati supponit et per consequens nec totum copulatum quod erat probandum.

¶ Et confirmatur nulli termini singulariter supponente licet addere signū distributiuum: sed illi apte additur ergo vel distribuitur ab illo et tunc supponet communiter vel non distribuitur et tunc superflue ponetur ly omnia sic et tale aggregatum erit ineptum patet cum tale signum et talis terminus non possint grammaticaliter vniri nisi vt determinatio et determinabile sed tale signum non potest determinare illum terminum quia maxime hoc fieret ipsum distribuendo: sed ille terminus non est capax distributionis cum non possit accipi pro suis significatis copulatiue et sub quocunque termino distributo valeat ascensus et descensus copulatiue igitur.

¶ Ad hoc argumentum in oppositum responsionis dubij respondetur ab aliquibus (et est responsio communis) cōcedendo vt sub nullo termino discrete supponente fiat descensus et quādo dicitur illam cōsequētiam tenere per descensum negant et dicunt quod licet arguitur a termino superiori in supponendo ad terminos etc. non tamen arguitur a termino superiori communi: quod requiritur ista, solutio quis impedire videatur argumenti processum aperte tamen et euidenter eiusdem principium petit tota enim ratio solutionis in hoc consistit quod non proceditur in tali deductione a termino communi sine alia ratione et obiectionis fundamentum de illo solo contendit.

¶ Aliter igitur respondetur ad argumentū negando vt prius quod fiat ibi descensus et nego etiā quod arguitur a termino superiori etc immo dico hos terminos cōuertibiles entia que sunt sortes: et ista entia que sunt sortes quascū quod partes demonstres: et nego consequenter quod consequens sit falsum istud videlicet ista entia etc. post partium discontinuationem nec ly ista entia correspondet illi copulato assignato vbi demonstrantur partes ante discontinuationem existentes: sed correspondent cuilibet copulato ad placitum respondentis vbi demonstrantur due partes sortem integrantes secundum istā vel illam dimentionem indifferenter non est vis facienda modo illa partes faciant sortem post talem partium mutationem et in talibus casibus secundum quod varij sunt: varie debent partes demonstrari ad intentianem respondentis rationabilem in assignando copulatum termino numeri pluralis.

¶ Sed darē illi copulatum partium non supponentium vbi possunt supponere stare puto potius in appellatione vbi non est appellatio quam in veritate.

Ad cōfirmationē breuiter re

spondetur quod tale signum quis illi aggregato addatur non tamen ratione in et singulariter supponit sed ratione sue partis puta de ly entia et non distribuit terminum discretum sed communem et dico consequenter quod ly entia supponit distributiue.

Et si arguas restrigitur ad standum solum pro sorte ergo non accipitur copulatiue pro omnibus suis significatis et per consequens non distribuitur. ¶ Ad hoc respondetur distinguendo quod restringatur vel ad istum sensum quod talis terminus entia suponat adequate pro sorte et sic negatur vel quod aggregatum ex ipso cum residuo restringatur ad supponendum pro solo sorte et hoc est verum. ¶ Analogia est de isto termino homo in ista propositione iste homo currit quod ad singularisationem sicut de ly entia in illa quo ad distributionem.

Sequitur alia diuisio que est nec supositionum comunium quod est distributiua: quedam determinata quedam confusa quedam disiuncta et quedam cofusa copulata quedam mixta ex his hoc est dictu quod omnis terminus coiter suponens aut suponit determinate aut cofuse si cofuse hoc dupliciter vel cofuse distributiue vel confuse tantum si confuse tantum hoc duplicite vel confuse disiunctim vel cofuse copulatim vel suppositione mixta ex his.

Sed ad cognoscendum quando terminus communiter supponens dicitur hac vel illa suppositionis specie supponere ponuntur alique regule communes. ¶ Quarum prima est ad cognoscendum terminum supponere determinate et est hec. ¶ Omnis terminus communiter supponens sup quem cadit illud signum.b.vel aliquod aliud signum particulare non impeditum suponit determinate exemplum est de predicato huius propositionis quod homo est b.animal: similiter de subiecto huius aliquis homo est animal.

Dixi notanter non impeditum quia ly animal in ista nullus homo est aliquod animal non suponit determinate sed distributiue. ¶ Sed ex communi vsu logicorum quorundam habetur quod illud signum.b.non potest impediri ab alio quin terminus sup quem cadit stet determinate. ¶ Inde est quod ly animal in ista nullus homo est.b.animal suponit determinate.

¶ Additio.

¶ Sed si querat aliquis quo modo supponit ly animal in ista propositione omnis homo est aliquod animal. respondetur quod suponit confuse tantum.et dico quod maioris virtutis est signum distributiuum in confundendo quam signum particulare determinando. et dico consequenter quod ly animal in ista nullus homo est.b animal: suponit distributiue et licet ab auctore in correlario dicatur quod suponit determinate hoc non dicebat ex propria opinione sed ex communi quorundam logicorum vsu mente enim eius verbaliter noui sed ly animal in ista omnis homo est.b animal suppo nit determinate et sic ly b.est maioris vigoris quam ly aliquod sic vel sic tamen dicere non refert hoc communi modo loquendi: et vniuscuiusque logici libero arbitrio remittendum censeo: in istis enim sufficit probabiliter loqui.

Regula secunda est quando cadunt aliqua signa distributiua in numero pari supra aliquem terminum communem quorum quodlibet seorsum per ipsum distribuere in tali situ sed propter cadentiam vnius in alterum mutuo se impediunt ¶ Talis terminus semper suponit determinate nisi oppositum proueniat ratione contradictionis.

¶ Exemplum huius regule est vt ly homo in ista non omnis homo est animal supponit determinate similiter ly homo in ista non nullus homo est animal. ¶ Dixi notanter nisi oppositum prouenit ratione contradictionis. Quoniam ly animal in ista nullus homo non est animal non supponit determinate sed confuse tantum. ¶ Eodem modo

dicendū est de subiecto huius nō omnis homo est.b.aīal ⁊ hoc ideo est q̄a talis terminus in sua ꝯtradictoria distribuebatur in ordine ad terminum stantem determinate ideo in ista debꝫ stare confuse tm̄ per vnā regulā solitam dare in contradictorijs.

❡ Sed ly homo in hac nullum equū quilibet homo videt suponit mixtim scꝫ partim determinate et partim confuse ⁊ hoc ꝓuenit ex eo in sua contradictoria distribuebatur in ordine ad duos terminos quorum vnus stat cōfuse ⁊ alter determinate.

Correlarium

Ex isto correlarie sequitur

ꝙ omne aggregatum signorū distributiuorum in numero pari cadentiū super aliquē terminū communiter suponentem ⁊ vnum signorum cadat in aliud talis terminus semper suponit secundum exigentiam contradictionis ⁊ hoc maxime saluando illud dictum commune vniuersaliter est verum ꝙ non sit verius cōtradicere q̄z toti ꝓpositioni negationem p̄ponere et ꝙ negatio est malignantis nature quicquid inuenit post se distribuit: et oppositum eius ponit.

Commune dictum

Restat difficultas que sunt

illa signa que seinuicem impediunt.

❡ Dico ꝙ signum distributiuum affirmatiuum impeditur a signo negatiuo. Et similiter duo signa negatiua cadentia super eundem terminū mutuo se impediunt a negatione vel distributione illius. Sed dices vnuꝫ simile fortificat ⁊ iuuat aliud simile: vt duo ignes mutuo se iuuant ad calefaciendum possum: ergo postq̄z due negationes sunt similes dn̄t se iuuare q̄ ad distribui vel negari citius q̄z seinuicem impedire. ❡ Respondetur negando consequentiam quoniam non est simile de rebus naturalibus et spiritualibus quo ad agere vel pati.

❡ Secundo potest dici et bene ꝙ illa signa distributiua que seinuicem impediunt non sunt similia sic ꝙ sint eiusdem speciei sicut duo ignes immo necesse est ꝙ vnum differat specie ab altero ⁊ feratur in aliud tanq̄z in obiectum suum partiale quia alias nō se impedirent quoniaꝫ due medietates istius negationis nullus in ista ꝓpōne nullus homo est animal non se impediunt. ⁊ similiter si scriberētur due negationes collateraliter se habētes Et consequenter in medio scriberet̄ ista ꝓpositio homo ē animal iste due negationes non se impedirent postq̄z vna nō cadit in aliam immo resultās ex illis duabus negationibus et illa ꝓpositione homo est animal esset propositio vniuersalis pure negatiua.

Confusa suppositio distributiua

est terminus communiter supponens sup̱ quem fertur vis distributiua alicuius signi non impediti. exēplum est de ly homo in ista omnis homo est animal sed ly chymera in ista omnis chymera currit nō supponit distributiue licet bene accipiatur distributiue ⁊ ita habetur ꝙ accipi distributiue ī plus se habet ⁊ est magis cōmune q̄z supponere distributiue. Unde dictiones habentes vim distribuēdi terminum per hos versus significant/ ⁊ dantur intelligi omnis. non. preter. inq̄ztum. quoq̄z differt tm̄ priuatus ita doctus sicut vnus multa alia sunt que non enumerantur hic breuitatis causa.

Ad cognoscendum quādo

terminus supponit distributiue ponūtur alique regule. quarum prima est.

❡ Omnis terminus communiter suponens sequens inmediate signū vniuersale affirmatiuum non impeditu*ꝫ* suponit confuse distributiue exemplū est de p̄dicato huius ꝓpositionis sortes. omnis homo est. ❡ Unde signa vniuersa affirmatiua dicūtur hec om

nis quilibet vterqꝫ quantulibet qualislibet: et similia: correlarie sequitur ꝙ virtus distributiua signi vniuersalis affirmatiui solum fertur in terminum immediate sequentem et hoc de per se quoniam predicatū huius ois homo est ipsemet distribuitur sed hoc est de per accidēs puta ad distributionē subiecti quod est suū antecedens.

Secunda regula est omnis terminus supponens communiter super quem cadit immediate negatio infinitans vel negatio negans non impedita supponit confuse distributiue exemplum patet de extremis huius ppositionis nullus homo est animal et de ly animal in ista lapis est non aial. ¶ Sed hec differentia est inter negationem negātur tentam ꝛ infinitanter tentam quia negatio negans agit distributiue in omnes terminos sequentes ꝛ capaces sue virtutis in illa propositione sed negatio infinitans solū distribuit terminum immediate seqn̄tem hoc facile est declarare exemplo.

Tertia regula est omnis terminus communiter supponens sequēs dictionem concludentem negationē rectus a tali dictione supponit confuse distributiue vt patet de ly tunica in hac martinus caret tunica ꝛ similiter de ly domu in hac sortes est extra domum correlarie sequitur ꝙ hec propositio que communiter conceditur scilicet proposita mala consequentia aliqua nego consequentiam illa responsio de rigore logices est falsa cum sensus sit quamlibet consequentiā nego sed illa propositio communiter capitur loco huius nego hanc consequentiam demonstrando illam consequentiam propositam eodem modo dicendum est de ly visu in hac cecus caret visu.

¶ Quarta regula est omnis terminus communiter supponens qui est predicatum vel positus a parte pdicati in ppōe exclusiua exposita gratia alietatis supponit confuse distributiue vt ly animal in ista tātum homo est animal supponit distributiue: dixi notanter exposita gratia alietatis qꝛ si fuerit predicatum ppōnis exposite gratia pluralitatis tunc talis terminus dicitur supponere confuse tantū ꝛ non distributiue vtpatet de ly apostoli dei in hac tantum duodecim sunt apostoli dei. ¶ Unde signa exclusiua dicuntur hec tm̄ tm̄modo solum. solū modo precise et sic de similibus et de latius dicetur in expositionibus.

¶ Quinta regula omnis terminus communiter supponens seqns istam dictionem differt vel aliam dictionem alietatis rectus ea mediante ppōne a: vel ab supponit cōfuse distributiue si non fiat impedimētum quod dixi quoniam ly homine in hac ppōe sortes differt ab omni homine supponit determinate.

Sexta regula est omnis terminus communiter suponens seqēs immediate terminū comparatiui vel superlatiui gradus rectus ab eo ex vi comparationis vel partitionis supponit distributiue.

Similimodo ita dicendum est de termino sequenti aliquod complexum ex ly ita vel ly sicuti vel ly magisꝗ ꝛ termino positiui gradus exemplificare est facile.

Dixi notanter rectus ex vi comparationis vel partitionis quoniam si regatur ex vi nature termini tūc non oportet ꝙ distribuatur quoniam ly auro in hac propositione ditior est auro sapiens Salomone: Sybilla nō supponit distributiue: sed supponit determinate.

Sed hec de regula intelligi debet dummodo non proueniat aliū de impedimentum. ¶ Pro quo aduerte ꝙ ſigna comparatiui et ſuperlatiui gradus ſimiliter ſigna alietatis non poſſunt impediri a ſigno p̄cedēte ſed ſolum a ſigno ſequente vt patet ſic q2 ly animal in iſta muſca non eſt fortior animali ſupponit diſtributiue.

Septima regula omnis terminus communiter ſupponēs ſequēs immediate dictionē exceptiuam vel dictionem reduplicatiuam ſuponit diſtributiue quare ly hominē in iſto omne animal preter hominem eſt brutū diſtribuitur ⁊ ſimiliter ly rationale in iſta omne riſibile inq̄ntum rationale ē homo dicitur ſupponere diſtributiue. ¶ Signa exceptiua ſunt hec p̄ter p̄terq̄ niſi et ſic de ſimilibus. ¶ Et ſigna reduplicatiua ſunt hec inq̄ntū ea ratione qua et ſic de ſimilibus.

Ultima regula omnis terminus communiter ſuponens ſequēs immediate hoc totum plura q̄ ſupponit diſtributiue. ¶ Inde eſt ꝙ ly duo ī iſta plura q̄ duo ſūt p̄dicabilia diſtribuitur ⁊ ſi ly duo capiatur vt includat tranſcendens puta ly entia. Tūc illa ꝓpō eſt falſa ſed ſi habeat ly p̄dicabilia ꝓ ſubſtantiuo tunc illa ꝓpō eſt ṽa cum ſenſus ſit plura q̄ duo p̄dicabilia ſunt predicabilia.

¶ Sequitur de ſuppoſitione confuſa tantum.

Pro quo aduerte ꝙ duplex eſt ſuppoſitio confuſa tantum quedā eſt ſuppoſitio confuſa copulata ⁊ quedam eſt ſuppoſitio confuſa diſiuncta. ¶ Unde ſuppoſitio confuſa copulata eſt terminus cōmuniter ſuponens ſub quo licet aſcendere et deſcēdere copulatim et non copulatiue vt patet de ly apoſtoli dei ī hac omnes apoſtoli dei ſunt duodecim capio ly omnes collectiue. ¶ Et ꝓ iſta ſuppoſitione cognoſcēda ponitur talis regula omnis terminus communiter ſupponens ſeq̄ns immediate ſignum collectiuum vel exiſtens predicatum ꝓpoſitionis excluſiue expoſite gratia pluralitatis ſuponit confuſe tantum copulatum dūmodo non fiat impedimentum. ¶ Exemplum regule eſt de predicato huiꝰ tantū duodecim ſunt apoſtoli dei: que ꝓpoſitio ſic exponitur duodecim ſunt apoſtoli dei ⁊ nō plures q̄ duodecī ſūt apoſtoli dei: correlarie ex hac regula ſequitur ꝙ nunq̄ aliquis terminꝰ ſupponit confuſe tantum copulatim niſi fuerit terminus pluralis numeri formaliter vel equiualenter ⁊ ratio eſt q2 non eſt dabile aliquod ſignum collectiuum ſingularis numeri.

Secundo ſequitur omnes has ꝓpoſitiones eſſe veras omnes apoſtoli dei pauciores duodecim ⁊ omnes apoſtoli dei nō duodecim ſūt duodecim ⁊ omnes duo apoſtoli dei ſunt decim ſemꝑ intelligo capiendo ly omnes collectiue.

¶ Omnia iſta clarent per aſcenſum: ſubiectis earum: vt inter diſputandū probabimus.

Sed ſuppoſitio confuſa tantum diſiuncta eſt terminus communiter ſupponēs ſuꝑ quē cadit ſola virtꝰ confuſiua ſigni non impedit, ſub quo termino regulariter ſolum valet deſcenſus diſiunctus vt patet de ly aīal in hac ꝓpoſitione omnis homo eſt animal ad quam ſuppoſitionē cognoſcendam ponuntur alique regule.

Prima eſt omnis terminus communiter ſupponens ſequens mediate ſignum vniuerſale affirmatiuū non impeditum vel ſequens immediate ſignum excluſiuum tentū gratia alietatis ſuponit confuſe tantum diſiūctim. ¶ Exemplum prime partis vt ly animal in hac ꝓpoſitione omnis ho-

mo est animal exemplū secunde partis vt ly ens in ista tm̄ ens est homo. ¶ Secunda regula: omnis terminus cōmuniter supponens sequens mediate vel immediate aduerbium numerale vel copulatum diuisiue sumptū supponit confuse disiunctim: quare ly missam in ista bis audiui missam: similiter ly vinū in ista bis potaui vinum ⁊ similiter ly animal in ista sortes et plato est animal dicitur supponere confuse disiunctim.

¶ Tertia regula: omnis terminus cōmuniter supponens. sequens istam dictionē semper vel ly ab eterno: vel ly perpetuo supponit confuse disiunctim exemplū patet de ly homo ĩ ista semper homo est animal. Similiter de ly generationes in ista perpetue sunt generationes ⁊ corruptiones idem dicē dum est de termino sequente hoc aduerbiū vbiq; vt patet de ly creatura in ista vbiq; eſt creatura.

¶ Quarta regula est: omnis termin⁹ cōmuniter supponens sequens verbū vel participium importans actū anime interiorem supponit confuse tantum disiunctim dūmodo regatur a tali verbo patet de ly hominē in hac cognosco hominem idē contingit de aliquibus terminis importantibus actū anime exteriorem cui aliquib⁹ terminis importantibus actum animū ꝛ exteriorem cuiusmodi sunt promitto deo obligor: ⁊ sic de similibus de quibus latius dicetur in appellatiōibus et ampliationibus

¶ Quinta regula est omnis termin⁹ cōmuniter supponens sequens ly infinitum sincathegoreumatice sumptū vel istud verbum incipit vel ly desinit supponit confuse disiunctim exemplū primi est de ly pondus in hac propositione infinitum pondus sortes potest portare hec propositio est vera: qꝛ aliquantum pondus et non tantum quin maius sortes potest portare. ¶ Exemplum secunde partis vt ly christus in ista incipit christus esse homo: similiter ly calor in ista incipit calor produci in hoc subiecto. ¶ Et ly homo ⁊ ly homo ⁊ ly animal ĩ ista desinit homo esse animal de his propositionibus ⁊ earum difficultatibus ad longum tractabimus in exponibilibus. ¶ Multa sunt alia signa confusa non nominata cuiusmodi sūt ly requiritur et ly oportet: ⁊ sic de similibus: sed illa que dicta sunt communiter veniunt in vsu ideo pro nunc sufficiant ⁊ hec de suppositionibus terminorum non relatiuorum. ¶ Argumenta et obiectiones faciemus inter declarādū ꝛ scribēdū.

Sequitur tractatus de ascē su et descensu.



Quoniam veritates et falsitates propositionū in quibus ponuntur termini communiter tenti iudicande veniunt penes suppositiones extremorum.

¶ Sed modus communissimus probandi tales propositiones est per ascē sum vel descensum: ideo aliquid de illa materia in presentiarum discutere iuuenibus vtile est.

Quattuor igitur in hoc tractaculo secundū ordinem facere proponimus.

¶ Primum diffinitiones illorum terminorum ascensus ⁊ descensus explicabit.

¶ Secundo loco pro earundem diffinitionū explicatione nulla dubia mouebimus. ¶ Tertio loco in ordine aliquas regulas communes in hoc modo arguendi necessario obseruandas subiungemus. postremo ⁊ vltimo loco aliquas breuissimas obiectiones ⁊ argumentationes contra predicta fundamentum in medium adducemus.

¶ Primam nostri instituti partē ag-

gredie̅ndo ponitur hec diffinitio.

Descensus logice loque̅do est ꝯsequentia bona ⁊ formalis in qua arguitur a termino superiori seu magis co̅muni in supponendo ad terminos inferiores eiusdem posita tamen constantia in antecedente eiusdem co̅sequentie: vt sic arguendo quilibet homo currit ⁊ isti homines sunt oe̅s homines: ergo iste homo currit ⁊ iste homo currit: ⁊ sic de singulis tota illa co̅sequentia vocatur descensus.

Ascensus logice loquendo est etiam consequentia bona ⁊ formalis in qua arguitur a terminis inferioribus in supponendo cum constantia se tenet ex parte antecede̅tis ad terminum superiorem eoru̅dem terminorum inferiorum positum in consequentie: vt sic arguendo iste homo currit: et iste homo currit: et sic de aliis ⁊ isti sunt omnes homines: ergo omnis homo currit: tota illa consequentia vocatur ascensus.

Ex istis diffinitionibus sequuntur correlaria. Primum est ꝙ in omni consequentia que est descensus tria sunt consideranda scilicet descensa ⁊ dicitur propositio in qua ponitur terminus co̅muniter te̅tus sub quo fit descensus ⁊ desce̅dentes ipse cuiusmodi sunt propositiones vel termini singulares sumpti sub illo terio sub quo fit descensus. ¶ Tertium est ipsa constantia posita pro minori antecede̅tis vt patet in exemplo predicto ⁊ eodem modo dicendum est de ascensu.

Secundum correlarium est quod sub termino non supponente no̅ potest fieri ascensus nec descensus.

Quarta regula participium futuri tpis existēs predicatū vel pars principalis p̄dicati ampliat subiectū ad illud quod ē vel erit vt ī hac ꝓpositione antichristus est futurus ly antichristus ampliat̄ ad illud quod est vel erit patet igitur has ꝓpositiones esse veras pastilli comesti sunt cōmendendi homo mortuus est moriturus corruptum est generandum ⁊ sic de multis similibus: scd̄o sequit̄ ex predictis ꝙ quando copula alicuius propositionis est vnū disiūctum ex verbo presentis tps preteriti et futuri tunc vtrūq̄ extremum ampliatur ad tres differentias tpis ⁊ simili modo dicatur si predicatū includat in se participiū preteriti tpis et participiū futuri tpis exēplum primi ista ꝓpositio cōceditur vera sortes summulista respōdet vel respōdit vel respōdebit de actu sorbonico posito casu ꝙ sortes antea fuisset summulista ⁊ nūc sit phisicus ⁊ postea efficiatur theologus ⁊ respondens in sorbona. ¶ Sed illa ꝓpositio de disiūcta copula reducitur ad vnā disiunctiuam cuius quelibet pars est falsa puta ad hāc sortes summulista respōdet in sorbona vel sortes sūmulista respōdebit in sorbona vel sortes summulista respōdebit in sorbona. Cuius disiūctiue falsitas est nota intelligenti casum pro qualibet sua parte. ergo sequitur ꝙ ista ꝓpositio de disiūcta copula non erat vera in casu posito. ¶ Respōdetur breuiter ꝙ talis ꝓpositio de disiūcta copula non reducitur ad illā disiūctiuam assignatam sed in reductionē eius oportet remouere cognotationē subiecti ⁊ loco totius subiecti in qualibet parte disiūctiue ponere illud ꝓnomen hoc demonstrans sor. et tunc reperies disiūctiuam veram puta pro vltima parte.

Sed circa istas predictas regulas occurrit dubium antalia participia preteriti vel futuri tēporis ampliāt seipsa quēadmodum ⁊ terminos precedētes. ¶ Respondetur breuiter ꝙ non sed bene habēt amplū modum significādi eo ꝙ participium preteriti tēporis facit seipsum supponere ⁊ etiā terminū secum iūctum pro illo ꝙ fuit solum et participiū futuri tpis pro illo quod erit. Sed diceret aliquis casu

posito ꝙ Adam nunc resurgeret ꝓmo hec propositio esset vera. Adā est mortuus: quoniam est cathegorica pure affirmatiua cuius extrema supponunt pro eodem videlicet pro ipso Adam: ꝙ enim nunc reproducatur nihil facit ad preteritum quin fuerit. Rn̄r ꝙ ista propositio adā est mortuus in casu argumenti posito est distinguenda quoniam vel ly mortuus accipitꝛ pure participialiter vel pure nominaliter: si secundum tūc ista propositio est falsa faciens hunc sensum Adam nunc non viuit ⁊ natus est viuere: si vero accipiatur ly mortus participialiter tunc talis ꝓpō in casu argumēti est vera. ⁊ faciens hunc sensuꝫ Adam moriebatur vel Adā fuit moriens: ideo pono hāc regulam ꝙ omne participium preteriti vel futuri temporis captū pure participialiter venit resoluendum in verbum eiusdem temporis. In dando sensum talis propositiōis exemplificare est facile. ¶ Sed dices ergo illa copulatiua esset vera ⁊ concedenda in casu posito. Adam est viuus ⁊ adam ē mortuus concedo illatū: capiendo ly mortuus pure participialiter quoniam vt sic non est terminus priuatiue oppositus ad ly viuum. ¶ Sed quereret aliquis in talia participia preteriti vel futuri temporis semper ampliant sua substantiua secūiuncta quēadmodum et terminos precedentes. ¶ Respondetur breuiter ꝙ sic: vt in hac ꝓpositione Adam est homo mortuus ly homo ampliatur. Similimodo dicēdum est de ly manum in ista sor. habet manum fractam.

Quinta regula est nomina

terminata in bilis ⁊ in bile ⁊ in tiuum importantia aptitudinem ad vtrunqꝫ significatū scilicet materiale ⁊ formale ampliant terminos ad quattuor tēporis differētias: vt in hac propositione color est visibilis: ly color ampliatꝛ pro quolibet colore qui est fuit vel erit vel potest esse ¶ Dixi notanter in regula importans aptitudinem defectu cuius ly possibilis vel possibile ꝓut capitur secunde intentionaliter ⁊ est pars sio propositionis non ampliat quoniā ad hoc ꝙ aliqua propositio dicatꝛ possibile oportet ꝙ ipsa sit. Sed si ly possibiliter capiatur prime intētionaliter ampliat ad quatuor temporis differētias: vt in hac propositione sortes est possibilis. ¶ Dixi notanter in ordine ad vtrunqꝫ significatum quoniam iste terminus risibilis non pmpliat eo qđ solum de formali significato importat aptitudinē redeundi: qꝛ ista ꝓpō non solet cōcedi antichristus est risibilis.

Sexta regula est qđ isti ter-

mini possibiliter impossibiliter cōtingenter necessario ampliant terminos tam precedentes qꝫ sequentes ad quatuor tempoꝛis differentias vt in hac propositione homo possibiliter est animal: ⁊ similiter ī hac homo necessario est animal ly homo ꝓ quolibet homine qui est vel fuit vel erit vel potest eē supponit ⁊ simili modo ampliatur illđ predicatum.

Septima regula terminus

importans actum interiorem anīe cuiusmodi sunt ly cognosco intelligo dico: ⁊ sic de similibus ampliant terminum in quē denotatur ferri suus actꝰ ad quatuor differentias tꝑis siue iste terminus precedat siue sequatꝛ. ¶ Dicitur notāter importans actū interiorem qm̄ termini pertinētes ad sensus exteriores non ampliant vt video albedinem gusto vinum illi termini nō ampliant. dicebatur etiā notanter terminū in quem denotatur ferri suꝰ actꝰ qm̄ non habet ampliare alios terminos vt in hac ꝓpositiōe sor. cognoscit hoiem. ly hominē ampliatur ad quatuor differētias tēporis qm̄ in ipm̄ denotatꝛ ferri cognitio ⁊ tn̄ ly sortes nō

ampliatur neqꝫ etiam ly cognoscit.

¶ Dictum est etiaꝫ notanter siue precedat siue sequatur. Dico enim qꝺ eadem est ampliatio in istis propositionibus sortes cognoscit hominez ꝛ sortes hominez cognoscit.

¶ Octaua regula terminus importans productionem alicuiꝰ rei similiter terminus importās inceptionem alicuius rei amplia terminuꝫ tā precedentem quā sequentem ad illud quod est vel erit ꝛ terminus importās corruptionem aut desitionem ad illud quod est vel fuit tam terminos precedentes ꝛ consequentes: exemplum prime partis regule in hac propositione ignis producit calorem ille terminus calorem et similiter ly ignis ampliatur ad illud quod est vel erit. Exemplum secunde partis regule vt dicendo homo corrumpitur signum comburitur: sortes desinit esse homo in quibus omnibus propositionibus termini positi ampliantur ad illud quod est vel fuit ex hac regula.

¶ Correlarie sequitur ꝙ licet subiectum huius propositionis antichristꝰ incipit esse homo supponit. Et similiter pars principalior predicati pro eodem non tamen sequitur ꝙ ista propositio sit vera postꝙ̄ est exponibilis.

Nona regula terminus rectus ab aliquo alio termino ex vi cause efficientis ampliatur ad illud quod est vel fuit vt dicendo iste liber aristotelis ly aristotelis ampliatur ad illud quod est vel fuit.

Regula decima omnis terminus importās aptitudinem quo ad vtrunqꝫ significatum cuiuscūqꝫ terminationis fuerit āpliat ad quatuor differentias temporis: vt dicendo sortes est natus esse bonus iste terminus bonus ampliatur ad quatuor differentias temporis. similiter et ly littere in ista iste littere sunt missiue eodem modo ampliatur.

Undecima regula terminꝰ explicans cognotationem alicuiꝰ termini ampliatiui ampliatur ad tot differentias temporis ad quod talis terminus cuius cognotationez explicat potest ampliare vt dicendo sortes est visibilis visione ly visione ampliatur ad quatuor differentias temporis.

Regula duodecima. istud aggregatum fuit vel erit ampliat subiectū ad illud quod est vel fuit vel erit ꝛ predicatū ad illud quod fuit vel erit in hac propositione sortes fuit vel erit albus: ille terminus sortes ampliatur ad illas tres differentias temporis et iste terminus albus solum ad duas et ideo ista consequentia non valet albū fuit vel erit sortes: ergo sortes fuit vel erit albus: nam casu posito qꝺ sortes nunc sit albus ꝛ prius fuisset semꝑ niger ꝛ etiam in tempore futuro maneat niger: antecedens est verum ꝛ consequens falsum. Sed dicas si ille terminus positus a parte predicati ampliaretur vel hoc esset a primo verbo vel a secundo sed nullum est dicenduꝫ quoniam in ordine ad quolibet solum importatur vna differentia temporis.

¶ Respondetur qꝺ iste terminus albus ampliatur ab illis duobus verbis fuit vel erit copulatim ꝛ a nullo illoꝝ.

¶ Similiter illud aggregatum fuit vel est: ampliat tam subiectum quam predicatum ad illud quod est vel fuit: et breuiter dico quod in omnibus talibus aggregatis oportet considerare quas differētias temporis partes important ꝛ in ordine ad quos termīos ꝛ secundū hoc facile erit dicere an terminum amplict vel non.

Sed circa has regulas supradictas dubitatur an vltra termīos ampliatiuos enumeratos sit aliquis

terminus amplians terminos sumptos
in ordine ad ipsum ad quinq(ue) differen
tias temporis videlicet ad illud quod
est vel fuit vel erit vel potest eẽ vel po=
test ymaginari esse sic quod aliqs ter=
minus supponet in ordine ad talẽ ter=
minum ampliatiuũ p(ro) aliquo vel ali
quibus que non possunt esse.
¶ Ad hoc dubium duplex est est mo=
dus respondendi probabilis. Primus
est qui non ponit aliquam talem am=
pliationem ad quinq(ue) nec plures dif=
ferentias temporis q(uam) quatuor et secũ=
dum istum modum dicendi ista propo
sitio esset falsa chymera significat chy=
meram et similiter hec homo est asin(us)
significat hominem esse asinum quo=
niam determinatio predicati in talib(us)
non supponeret. Similiter hec propo
sitio erit falsa Chymera ymaginarie
est chymera: sed hoc concedere est cõ=
tra communem modum loquẽdi: ideo
ponitur alius dicendi modus commu
nior et apparentior: puta q(uod) est dabilis
aliquis terminus ampliatiuus ad quĩ
que differentias temporis cuiusmodi
sunt isti termini ymaginarie ymagina
bile significat et significabile intelligo
intelligibile: et sic de similibus termi=
nis actum anime interiorem importã=
tibus q(uod) ampliãt terminos rectos ab
illis ad quinq(ue) differentias temporis
inde est q(uod) omnes ille propõnes con=
ceduntur vere chymera significat chi
meram et chymera significatur per ly
chymera vbi subiectum secũde suppo
nit personaliter et debet sic verificari
hoc ymaginarie ẽ chymera sensus hu
ius propositionis chymera significa=
tur per ly chymera est iste: illud quod
ymaginarie est chymera est significa=
tum illi(us) termini chymera. ¶ Nec va
let hec consequentia hoc est significa=
tum huius termini ergo est: quoniam
arguitur ab amplo ad non amplum.
¶ Sed diceret aliquis hec propositio
esset vera hõ significatur p(er) ly chym=
ra: similiter asinus / et sic de singulis re
bus vt patet explicando ampliationẽ
subiecti sic dicendo. Aliquid qd yma=
ginarie est homo signatur per ly chime
ra Si concedas et bene qd quelibz res
mundi signatur per ly chymera: quoniã
iste terminus chymera subordinatur
vni conceptui cõplexo: puta huic ens
compositum ex rebus non potẽtibus
facere vnum cuius vna pars represen
tat quãlibet rem mundi: ergo totũ cõ=
plexum. Vel si vis tenere illum termi
num chymera esse incomplexum. Ad
hoc dico q(uod) repñtat quãlz rem mundi
possibilem de materiali signato et de for
mali connotat talem rem esse ɔpositã
ex rebus nõ potentibus facere vnã et
ita iste terminus chymera eẽt termi(nus)
cognotatiuus de formali signato taliter
denotans qualiter non est possibile.
¶ Correlarie sequitur q(uod) defect(us). qua
re ly chymera in illa chymera est ho=
mo nõ supponat pro homine: nõ est ex
parte existentie rei: sed ex parte cõno=
tationis illius termini chymera eo q(uod)
res signata per illũ terminũ chymera q(uam)
uis sit in rerũ natura nõ se hz nec po
test se habere taliter q̃liter ly chyme=
ra connotat et modo regula est q(uod) nũq(uam)
terius ɔnotatiu(us) p(ro) aliquo supponit ni
si p(ro) illo cui ɔuenit sua connotatio. Sz
replicat sic iste terĩus asinũ in hac p(ro)
põne hõ signat asinũ ampliaretur a ly si
gnificat ad quinq(ue) differẽtias tempo=
ris et silr ly asinus in hec signatur p(er) ly
hõ. Tunc am̃ ille p(ro)põnes essent ve=
re et cõcedende qd est absurdũ et seque
la p(ro)batur: qm̃ sensus prime eẽt iste ly
hõ signat illud qd est fuit erit vel põt eẽ
vel põt ymaginari esse asinus. et secun
de esse ille. aliqd qñ est fuit vel erit vel
põt esse vel põt ymaginari esse asinus
significatur p(er) ly homo modo hoc est
verum vt notum est Sed quod faciat
hunc sensum probatur q(uia) non aliomo=
do venit explicanda ampliatio quam
per tale disiunctum.

Reſpõdetur breuiter ad hãc replicam ſatis difficilem negando veritates iſtarum propoſitionum ly homo ſignificat aſinum intelligo ſemper ſignificatione abſoluta quod dico propter ſignificationem reſpectiuam quã habet in ordine ad ly ymaginarie/ et ad probationem adductam nego ꝙ ſic debeat exprimi ampliatio. Sed ſic: ly homo ſignificat aſinuȝ qui eſt fuit erit vel poteſt eſſe vel poteſt ymaginarie eſſe ⁊ iſta homo ſignificat illud quod poteſt ymaginari eſſe aſinus: etiaȝ nõ ſtando in appellatione non equiualet precedenti quoniam ad veritatem prime requiritur ꝙ iſte terminus homo fuiſſet impoſitus ad ſignificandum aſinum vel ꝙ eſſet naturalis ſimilitudo aſini Sed ad veritatem ſecunde ſufficit quod iſte terminus homo fuiſſet impoſitus ad ſignificandum aliquid quod poteſt ymaginari eſſe aſinus: et ita pro nunc ſentio eſſe dicendum ad ſaluandum cõmunem modum loquendi de talibus ꝓpoſitionibus ſi nõ placeat hec ſolutio inuenias meliorem ſolutionem. ¶ Sed dubitaret aliquis an iſte ꝓpoſitões equiualent ſortes ymaginatur aſinus et ſortes eſt apparens ſeu apparenter eſt aſinus. ¶ Reſpondetur primo quo ad duas primas ꝙ ille non equiualent: quoniã illa eſt neceſſaria ſimpliciter ſortes ymaginarie eſt aſinus iſta autem eſt cõtingens ſortes ymaginatur aſinus: quoniã caſu poſito ꝙ nullus haberet actum ĩtellectum vel actum ymaginatiuum ipa eſſet falſa ſimili modo dico de duabus ſecundis ꝙ prima eſt neceſſaria ⁊ illa ſcilicet ſortes apparenter eſt aſinus ẽ cõtingens ⁊ vera caſu quo ſortes gradiatur manibus ⁊ pedibus ⁊ ſit indutus pelle aſinina ⁊ iudicetur a vidente eſſe aſinus: ⁊ iſtis remotis illa propoſitio eſſet falſa.

¶ Ulterius poſſet dubitari An iſte terminus homo in hac propoſitione Quidam homo ymaginarie eſt aſinus ſignificet aſinum ⁊ ſi ſic qualiter. Et ſimiliter an iſte terminꝰ homo poſſet ſingulariſari in iſta propoſitione: ſed quia de iſtis ſi bene memini antea diximus in tractatu terminorum ideo pro nunc tranſeo.

Conſequenter ponuntur alique regule generales que ſumme veniunt ſeruande arguendo ex propoſitionibus in quibus ponuntur termini ampliatiui. Quarum prima eſt quod arguendo a non amplo ad amplum ſine diſtributione et affirmatiue conſequẽtia eſt bona ⁊ formalis ceteris ſeruatis paribus vt bene ſequitur ſortes fuit animal ergo ſortes eſt vel fuit animal. ¶ Dixi notanter in regula ſine diſtributione quia arguendo cum diſtributione conſequentia non valeret vt non ſequitur iſte fenix omnis fenix eſt ergo iſte fenix omnis fenix eſt vel fuit.

Dixi notanter arguendo affirmatiue: quia negatiue arguẽdo nõ valeret niſi poneretur conſtãtia in antecedente vt non ſequitur ſortes non ẽ ſortes: ergo ſortes nõ eſt vl' fuit ſortes

¶ Dixi notanter aliis paribus non ſeruatis. ſequitur hõ eſt animal: ergo homo fuit animal quoniam iſte terminus animal in conſequente ſolum accipitur pro illo quod fuit ⁊ in antecedente pro illo quod eſt.

¶ Secũda regula eſt iſta ꝙ arguendo ab amplo ad non amplum negatiue ⁊ cum diſtributione termini ampliati conſequentia eſt bona ⁊ formalis vt bene ſequitur nullus homo eſt vel fuit albus: ergo nullus homo eſt albus.

¶ Dixi notanter negatiue arguẽdo quia affirmatiue nõ valeret non ſequitur oĩs hõ eſt vel fuit currẽs: ergo oĩs homo

est currens Dixi notanter cum distributione ampli quia siue distributione consequentia nõ velet vt non sequitur sortes animal nõ est vel fuit ergo sortes animal non est: quia casu posito quod sol' sor. nũc sit et ante hoc fuissent multa animalia cum eo antecedens est verum et consequens falsum.

Tertia regula ẽ ista quod arguendo ab amplo ad non amplium affirmatiue seu a superiori ad suum inferius raro vel nunquam valet consequentia vt nõ sequitur sortes est vel fuit animal: ergo sortes fuit animal.

Quarta regula et vltima arguendo a non amplo ad amplium cum distributione et hoc siue affirmatiue siue negatiue raro vel nunquam valet consequẽtia nec valet cõsequẽtia arguendo ab inferiori ad suum superius cum distributione superioris vt non sequitur sortes omĩs homo est ergo sortes omnis homo est vel fuit. Similiter nõ sequitur nullus homo ẽ animal quemadmodum non sequitur homo currit: ergo omne animal currit.

Sequitur vltima pars huius tractaculi ampliationum in qua vt promisimus ponemus preter modum explicandi ampliationẽ ipsius termini ampliati vnum alium modũ cognoscendi veritatem et falsitatem propositionum in quibus ponuntur dictiões ampliatiue.

Pro quo sit hec regula generalis veritas propositionis de preterito cognoscitur: quia sua de presenti fuit vera et propositionis de futuro quia sua de presenti erit vera: et propositionis modalis in qua ponitur aliquis istorum modorum possibiliter: impossibiliter contingenter et necessario quia sua deinesse est talis qualiter modus denotat: puta si ponatur contingenter quod sua deinesse sit contingens et si de necessario quod sit necessaria et si de possibiliter quod sit possibilis: et huius regule fundamentum est: quia de quocũque verum est dicere quod fuit: aliquãdo fuit verum dicere quod illud est similiter de quocunque verum est dicere quod erit aliquando erit verum dicere quod est. Et similiter de quocunque verum est dicere quod possibiliter est currẽs ẽ de isto possibile dicere quod sit currens: et sic de aliis.

Sed notãdum est quod propositio de presenti dicitur illa cui' copula est presentis temporis non ampliata. Sed hoc non requiritur ad hoc quod aliqua propositio dicatur deinesse quoniam hec propositio antichrist' erit homo est deinesse istius antichristus possibiliter erit homo et tamẽ nõ est propositio de presenti. Sed queres an omnis propositio de presenti sit de inesse respectu alicuius. Respondetur quod non quoniam hec propositio omne predest natum est saluatũ est de presenti et non est deinesse respectu alicuius et ita illi duo termini propositio de inesse et propositio de presenti impertinenter se habent.

Vlterius est notandũ quod ad recte dandum de presenti respectu alicuius propositiõs de preterito vel de futuro oportet quod illa de presenti explicet ita esse sicut denotabat fore vel fuisse. Similiter ad recte dandum deinesse respectu copule modalis dici oportet quod illa deiesse explicet ita esse fuisse vel fore vel posse fieri et hoc si sit de possibili et proportionabiliter dicitur de aliis modis.

Contra hanc regulam generalem et eius declarationem arguitur primo sic ista propositio est de preterito vera album fuit nigrum casu posito quod sortes nũc sit albus et antea sem

per fuisset niger ⁊ tamen sua de presen
ti nunq̃ fuit vera. nam ista semper fuit
falsa album est nigrum. Respondetur
breuiter ꝙ ista non est sua de presenti
nec sua deinesse sederit ista, hoc est ni-
grum demonstrando sortez qui est vel
fuit albus.

Ideo ponitur hec regula ꝙ
si fuerit aliquis terminus cognotati-
uus precedens copulā preteriti vel fu
turi temporis debet mutari in termi-
num absolutum vel in pronomē demō
stratiuum in dando recte de presenti
vel deinesse. ¶ Correlarie sequitur ꝙ
ista modalis diuisa est vera reprobus
possibiliter est predestinatus: nec ista
est sua deinesse reprobus est predesti-
natus cum ista sit impossibilis: sz erit
hec hoc est predestinatum demonstrā-
do illud quod est vel potest esse repro
bus: aduerte ꝙ predestinatur dicit il-
le cui deus proposuit se daturum bea-
titudinem Sed reprobus dicitur ille
cui deus proposuit dare damnationez
eternam ⁊ cum in cuiuscūq̃ libero ar-
bitrio sit stante hoc statu vel bene vel
male agere: ideo quidam potest eē re
probus ⁊ idem potest esse predestina-
tus in sensu diuiso. ¶ Secundo sequi-
tur omnes has propositiones esse ve-
ras album erit nigrum verum erit fal
sum: ⁊ sic de similibus.

Secundo principaliter ar-
guitur ista propositio est de preterito
⁊ vera Adam ⁊ Noel fuerunt ⁊ tamen
nunq̃ habuit vnam de presenti veram
quoniam nunq̃ fuit veruz dicere adaz
⁊ noel sunt. Respōdeo breuiter ꝙ hec
propositio est distinguenda Adam et
Noel fuerunt vel ly fuerunt includit
hanc determinationem instanti vel ly
tempore adequate seu ly simul et tunc
talis propasitio est falsa faciens hunc
sensum Adam ⁊ Noel fuerunt simul in
eodē instanti et in tali sensu habet hāc
de presenti Adam ⁊ Noel sunt ⁊ nun-
q̃ fuit vera. Si ꝓ illa copula fuerunt
non includitur illa determinatio tunc
ista propositio potest concedi vera fa-
ciens hunc sensum Adam fuit ⁊ Noel
fuit: ⁊ debet poni in esse per duas de p̄
senti inconiunctim sumptas: puta scili
cet p has Adam est Noel est ⁊ queli-
bet istarum aliquando fuit vera Dato
ꝙ nunq̃ simul fuerunt vere.

Contra hoc replicatur ponē
do casum ꝙ materia in anima ademā-
sissent separate ⁊ nunc primo in hoc i-
stanti sint vnite et simile fuisset de ma-
teria ⁊ anima Noel tunc hec proposi-
tio Adam ⁊ Noel fuerunt est vera ca-
piendo illam in secūdo sensu dato etiā
claret per eius sensum qui est iste ali-
qua que sunt vel fuerunt Adam ⁊ noel
fuerunt: puta eorum materie et eorum
forme ⁊ tamen nunq̃ talis propositio
habuit vnam de presenti veram: quo-
niā hec nunq̃ ante hoc fuit vera Adā
est: nec similiter hec Noel est vt patet
per casum positum. ¶ Respōdet bre-
uiter casu admisso quod hec ꝓpositio
est vera Adam ⁊ Noel fuerunt et ne-
go ꝙ nunq̃ habuit aliquam de p̄senti
veram: ⁊ quando dicis nunq̃ ista fuit
vera Adam est: nec similiter hec noel
est concedo: sed dico ꝙ neutra istarum
est sua de presenti: sed ista est sua de p̄-
senti hec sunt per ly hec demonstrādo
res: puta materias ⁊ formas eorū mo
do ista antea fuit vera: vel posset poni
inesse per has duas in coniunctim sū-
ptas: he partes sunt per pronomē pri-
mum demonstrādo partes ade] et per
secundum partes Noel ideo pro regu
la habenda est. Quod quotienscunq̃
ante copulam ampliatiuam ponit ter
minus connotatiuus vel terminus sin
gularis absolutus supponens pro re
diuisibili in dando deinesse vel de pre-
senti talis propositionis mutari debet
talis terminus in pronomen demon-
stratiuum demonstrans omēs partes

illius rei ꝑ qua supponebat talis terminus. ¶ Correlarie sequitur hanc ꝓpositionē esse veram sortes fuit entia dato ꝙ nunc primo producatur eius materia ⁊ eius anima ante hoc fuisset ⁊ ita de multis similibus dicendū est. ¶ Secundo sequitur ꝙ dantur due ꝓpositiones de preterito taliter se habētes ꝙ deinesse ⁊ de presenti ipsius prime citius fuit vera ꝙ̄ deinesse ⁊ de presenti secunde ipsius ⁊ tamen ipsa secūda propositio de preterito citius ⁊ prius fuit vera ꝙ̄ prima istud correlariū probatur sic capiendo istas duas propositiones / hoc album fuit sortes ⁊ plato fuit currens per pronomen demonstro sortem quem volo continue ante hoc fuisse nigrum: ⁊ nunc primo eē album ⁊ pono ꝙ plato die hesterna solū cucurrisset ⁊ non ante diem hesternaꝫ tunc deinesse prime citius fuit vera ꝙ̄ deinsse secunde: vt constat per casum ⁊ tamen secunda citius fuit vera ꝙ̄ prima: quia secunda hec fuit vera ⁊ p̄ma solum hodie incipit esse vera.

Tertio principaliter arguitur ponēdo casuꝫ ꝙ solum fuissent duo hoies sortes ⁊ plato semper ante hoc ⁊ taliter se habeant ꝙ vnus vno tempore fuisset albus ⁊ alius alio tempore: nunꝙ̄ tamen simul fuissent albi tūc illa propositio de preterito omnis homo fuit albus est vera: vt notū est dādo singulares sub termino distributo ⁊ tamen nunꝙ̄ habuit vnam de p̄senti veram qm̄ hec nunꝙ̄ fuit vera omnis homo est albus. ¶ Respondetur breuiter casu admisso concedo hāc eē veram: oīs homo fuit albus: ⁊ nego ꝙ ista sit sua de p̄nti: omnis homo est albus: imo dico ꝙ ista propositio est prius ꝓbanda dando singulares sub vno termino distributo ⁊ postea dando de p̄senti cuiuslibet singularis modo ita est quod ista ꝓpositio dicta habet has duas de p̄senti incōiunctim sumptas iste homo est albus: iste homo est albus: quarum quelibet fuit vera. Ideo ponitur hec regula. ¶ Quod quotiēscunꝙ̄ in aliqua propositione cuius copula est ampliatiua ponitur aliquis terminus distributus vel terminus communiter tentus priusꝙ̄ detur deinesse vel de presenti talis propositionis dande sunt singulares conformiter ad acceptionem talis termini et tunc quelibet singularis ponenda est inesse. ¶ Hec regula facile declaratur exemplis.

Sed contra hoc replicatur sic tunc sequeretur hanc propositionē esse falsam Adam fuit omnis homo sequela probatur postꝙ̄ iste terminus homo distribuitur pro quolibet homine qui fuit ⁊ dande sunt singulares copulatiue per regulam precedentem vbi quelibet est falsa dempta vna: sed qd ista propositio Adam fuit omnis homo non sit falsa: probatur dupliciter: primo quia equiualet huic vere adam in aliquo tempore vel instanti fuit omnis hō. ¶ Tum secundo ista aliquando fuit vera Adam est omnis homo q̄ est de presenti alterius ¶ Respondetur breuiter ad hanc replicam concedendo ꝙ hec propositio est vera adam fuit omnis homo quoniam equiualet huic vere Adam in aliquo tēpore vel instanti fuit omnis homo: quia omnis determinatio inclusa in copula determinat predicatum sequens copulam. ¶ Dico notanter sequēs copulam quoniam hec propositio est falsa adaꝫ est omnis homo qui fuit et quando dicis sub isto termino homo distributo in hac propositione adam fuit omnis homo / dantur multe singulares false.

¶ Respondetur ad hoc dupliciter. Primo quod non debent dari singulares immediate sub ly homo: sed prius sub determinatione accepta non vnica stante determina-

te puta sub ly instanti vel tempore vbi
inuenies vnam singularem veram.
¶ Aliter potest dici ꝙ ista ꝓpositio ē
ꝓbanda immediate ꝑ suam de inesse:
et de presenti que est hec adam est om
nis homo vbi p̄dicatuȝ manet in pro=
pria forma. Et regula immediate p̄ce
dens data intelligitur vbi talis terīꝰ
communis vel distributꝰ precedit co=
pulam ampliatiuam.

Ideo ponitur regula notan

ua Quod ad debite dandum deinesse
vel de presenti alicuius ꝓpositionis:
vbi predicatum seq̄tur copulā tale p̄=
dicatum debȝ manere in ꝓpria forma
nec est aliquo modo mutandum. In=
de est ꝙ hec propositio est vera adam
possibiliter est omnis hō: cuius dein=
esse est hec adam est omnis hō nec va=
let hec consequētia adam possibiliter
est omnis homo ergo om̄is homo pos
sibiliter est adaȝ. nec illa est sua cōuer
tens sed est hec. Aliquid quod potest
esse omnis homo possibiliter est adaȝ
sed ista regula intelligi debet qn̄ tale
p̄dicatum sequens copulam nō inclu=
dit in se aliquam implicationem cum
relatiuo: quia tunc non debet manere
in propria forma dando de inesse.
¶ Exemplum est de istis ꝓpositioni
bus sortes fuit iunior q̄ȝ est. ⁊ sortes e=
rit senior q̄ȝ est: quarum quelibet ē ve=
ra ⁊ debet ꝓbari per resolutionem ex
parte copule implicationis: vt pria sic
resoluitur sorꝫ fuit in aliquo tempore
et in illo non fuit tot annorum q̄t nūc
est proportionabiliter dicatur de secū
da. ¶ Eodem modo dicendum est ꝙ
hec ꝓpositio antichristus possibiliter
est homo qui est / est falsa. nec venit ꝓ
banda immediate per deinsse sed ꝑ co
pulatiuam in quam resoluitur rōne
relatiui: puta per hanc antichristꝰ pos
sibiliter est homo ⁊ ille est ⁊ ita de ali
is proportionabiliter dd̄um est.

Quarto principaliter argui

tur ponendo casum ꝙ sorꝫ aliq̄ die pre
terita fuisse albꝰ ⁊ ꝓ aliquo die fuisset
niger: tunc ista: ꝓpositio: sorꝫ fuit non
albus est ꝓpō de p̄terito ⁊ falsa: quo=
niā per casum sortes fuit albus falsum
est ꝙ sorꝫ fuit non albus: et tamen ista
propositio habuit aliquando vnaȝ de
presenti veram vcȝ hanc sortes ē nō al
bus puta tempore quo ipse erat niger
ergo illud quod dictuȝ est non sufficit
ad veritatem ꝓpositionis de p̄terito.

In hoc argumēto tangitur

difficultas cōis: scȝ an termī ꝯdictoꝝ̄
seu terīꝰ finitꝰ ⁊ īfinitꝰ eiusdeȝ possint
de eodem verificari mediante eadem
copula equaliter ampliante.
¶ De qua difficultate duo sunt modi
dicendi. ¶ Primus est ꝙ termini con
tradictoꝝ̄ non possunt verificari pro
eodē mediante eadem copula siue illa
sic de p̄senti siue de p̄terito siue de pos=
sibili immo apud istum modum dicen
di ista consequentia est bona iste teri=
nus suponit ꝓ isto. ergo suus terminꝰ
contradictorius positus suo loco me=
diante eadem copula ꝓ illo non supo
nit ⁊ conformiter ad istum modum di
cēdi ampliatio termini finiti debȝ ex
plicari per vnum copulatum cuiꝰ que
libet pars negatur vel per vnum dis=
iunctum vbi vna negatio cadit super
totum verbi gratia in hac ꝓpositione
Non album fuit album ly non album
pro nullo quod est vel fuit album sup=
ponit quoniam suus terminus contra
dictorius ꝓ omni tali suponeret si eēt
positus suo loco.

Fundamentum huius opi=

nionis stat in hoc ꝙ negatio infinitās
negat terminum pro omni illo ꝓ quo
suponit. et per consequens non dȝ sup
ponere pro aliquo pro quo suponit su=
us terminus finitus mediante eadem
copula. ¶ Et ideo ampliatio illiꝰ ter=
mini nō album. In ista ꝓpositione nō
album fuit homo venit sic explicāda:

illud ꝙ non est album neq fuit album fuit album: ita simili modo dicatur in alijs ꝓpositionibus.

Ex quo patet istas propositiones esse falsas & impossibiles nõ album fuit album non album erit album non album possibiliter est album: cum sensus vltime propositionis sit iste illud quod nec est nec fuit nec erit: nec potest esse album possibiliter est albũ.

¶ Silimodo in ista ꝓpositio esset falsa sorꝭ possibiliter fuit non albus cum sensus eius sit ꝙ sorꝭ possibiliter fuit illud ꝙ nec est nec fuit nec erit: nec põt esse album.

Sed q̃uis iste modus dicẽdi apud multos sit ꝓbabilis simpliciter tamen et in toto non placet.

¶ Tum primo: quia videtur contra communem modum concipiendi hoĩz quoniam concedit hanc impossibilem nigrum possibiliter est non album. et similiter hanc sortes possibiliter ẽ nõ albus & ita de multis similibus: que tamen clarent vere & necessarie ꝑ possibilitates suarum deinesse.

¶ Tum etiam iste modus dicendi cõtrariatur philosopho in libris Elenchorum: concedenti firmiter hanc ꝓpositionem esse veram in sensu diuiso cytharisans possibiliter est non cytarisans. ¶ Tum tertio nõ quadrat cõmuniter ad nostra dicta vbi diximus quod in dando deinesse alicuius propositionis predicatum sequens copulam debz manere in propria forma ꝓpter hec & multa alia que obijci possũt ponitur alius modus dicendi scilz ꝙ termini contradictorij nõ possunt verificari de eodem in ordine ad copulã de presenti vnientẽ ꝓ instanti vel ꝓ eodem tempore adequato: sed bene pñt verificari de eodez in ordine ad alias copulas: & s̃m istum modum explicãda est ampliatio termini infiniti sicut explicaretur ampliatio termini finiti in quo non ponitur negatio vez ꝑ disiunctum: verbi gratia ampliatio istiꝰ termini non album in hac propositione non album fuit album: sic explicatꝛ res que est non alba vel aliũ fuit non alba fuit alba cuiꝰ ꝟitas est nota casu posito ꝙ sortes nunc sit niger & fuisset albus. nec valet hec consequentia iste terminus album mediante tali copula supponit pro sorte: ergo iste terminꝰ non album positus mediante eadẽ copula non supponit pro sorte.

Et secundum hunc modum dicendi: respondetur ad formaz argumenti casu admisso dico ꝙ ista est vera sorꝭ fuit non albus & habuit hãc de p̃senti veram sorꝭ est non albus: & quãdo dicis ista est vera sorꝭ fuit albꝰ concedo et dico ꝙ illa stat simul in ꝟitate cum ista sorꝭ fuit non albus.

Sed dices contra bene seq̃tur sortes fuit non albus ergo sorꝭ nõ non fuit albus tenet consequentia ab affirmatiua ad negatiuaz p̃dicato variato penes finitum et infinitum & ita contradictoria starent in veritate.

Respondetur breuiter negãdo illam consequentiam factã qm̃ arguitur virtualiter a non distributo ad distributum ex parte temporis importati per copulam: & ista regula allegata arguendo ab affirmatiua ad negatiuam etiam intelligitur donec negatio infinitans infinitet terminum sup quem cadit simpliciter & complete. qꝛ pro qualibet differentia temporis importati per copulam quod non contingit vt plurimum in istis sortes fuit nõ albus: sorꝭ possibiliter est non albus.

Si velis tamen clarius posses respondere quamlibet talem propositionem de copula ampliatiua vbi ponitur terminus infinitus distinguẽdo penes hoc ꝙ negatio taliter vel taliter infinitat terminum super quẽ ca-

dit. ¶ Sed ex isto dicendi modo & probabilitou sequitur correlarie hanc propositionem esse veram & necessariam sor. possibiliter est nõ hõ: cum sua deiesse sit possibile scilicet hec iste binarius est non homo demonstrando materiam & formam sor. que est possibilis.

¶ Quarto principaliter arguitur. Ista ꝑpositio modalis sortes necessario possibiliter currit est ꝑposito de possibili & vera & tamen sua deiesse non est possibilis igitur modꝰ cognoscendi veritatem talium ꝑpositionum est male assignatus minor ꝓbatur quoniam sua deinesse est illa sor necessario currit que est falsa & impossibilis.

¶ Respõdetur breuiter ponendo talem regulam. ¶ Quandocũꝗ in aliqua ꝑpõne modali ponuntur duo modi vel plures. quorum vnus cadit super alium. veritas talis propositionis est primo cognoscenda & ꝓbanda ratione ꝑmi modi dando deinesse. ¶ Aduerte tamen ꝙ in dando deinesse non est opus remouere vtrunꝗ modum sed sufficit remouere primuz verbi gratia ꝑpositiõis adducte veritas est cognoscenda penes illum modum necessario ita ꝙ requiritur sua deinesse esse necessariam. Dico ꝙ sua deinesse non est illa sor. currit sed illa sortes possibiliter currit que est ꝑpositio vera & necessaria iuxta illã regulã cõem. ¶ Omnis ꝑpõ modalis diuisa vera est necessaria & omnis falsa est impossibilis. ¶ Sed intelligatur hec regula dummodo nullum extremorum talis ꝑpositionis modalis restringatur quod dico quoniam hec ꝑpositio sum mulista possibiliter est homo qui est ẽ vera & contingens & hec ꝑpositio antichristus possibiliter est homo qui est falsa & contingens.

¶ Sed quereret aliquis de veritate istius ꝑpositionis Celum necessario est. ¶ Rñr breuiter ꝙ si ly necessario dicat necessitatem nature seu naturalem ista ꝑpositõ est vera: si vero dicat necessitatem simpliciter dictam & supnaturalem ista propõ est falsa. ¶ Eodemmõ possunt distigui propositiões vbi ponuntur ceteri modi.

Arguitur sexto principaliter. Ista ꝑpositio est falsa & de preterito Adam fuit homo qui est. Et tamen habuit aliquã vnam de ꝑsenti veram. s. istam. Adam est homo qui est ꝫ modꝰ ille cognoscendi veritatem talium ꝑpositionum est male assignatus. ¶ Respondet breuiter ꝙ ista ꝑpõ Adaz est homo qui est non est sua deinesse. Rõ est: quoniam iste terminus hõ aliquãdo suponebat ꝑ adam in ista propositione adam est homo qui est: pro quo non suponit in ista adam fuit homo q̃ est: vt ꝫ sit eadẽ restrictio obseruetur hec regula dando de ꝑsenti alicuꝰ ꝑpõnis in qua ponitur implicatio adaptetur sic verbum implicationis ꝙ restringatur vt solum importet illud tẽpus quod prius importabat in illa ꝑpositione cuius datur de ꝑsenti istius adam fuit homo qui est dz sic dari. Adam est homo qui erit in hoc tempore demõstrando tempus quod nũc est presens quod tempus nunc presens dicebatur futurum in tempore preterito ¶ Similiter dando de ꝑsenti istiꝰ antixp̃s erit homo qui est debet sic dari: antixp̃s est homo q̃ erat in hoc tẽpore per ly hoc demonstrando tempus nũc presens quod importatur per verbum seu copulam implicationis.

Sed vt prius dixi clariꝰ est omnes tales propõnes non debere ꝓbari immediate per suas de ꝑsenti vel deinesse sed citius ꝑ resolutionem: et reductionem ad copulatiuam ratiõe relatiui inclusi in implicatione exemplificare est facile.

¶ Ex isto facile potest quis cognoscere veritates vel falsitates istarum

pp̄onum antixp̄s possibiliter est homo qui est sortes fuit album quod fuit currens et sic de similibus.

Septimo arguitur ponēdo casum q̄ sor heri emisisset vnam sagittam versus platonem ratione cui9 plato cras morietur volo tn̄ q̄ sortes moriatur priusq̄ sagitta tangat platonem Tunc illo casu admisso ista propositio sor interfecit platonem: est positio de preterito et vera vt notum est ex casu: et tamen nunq̄ habuit vnā de p̄senti veram: maxime fuisset hec sor. interfecit platonem sed hoc non quoniam si illa de p̄senti fuisset vera vl' hō esset quando plato ledebatur et hoc nō quia tunc iam sortes erat mortuus: p casum vel anteq̄ plato delebatur sed hoc non quia tunc sequeretur q̄ aliqs homo qui non est Iesus aliquo pacto esset interfectus qm̄ pro tūc sorte viuēte Plato non est Iesus cum sagitta p tunc non tetigit ipsum.

Ad hoc argumentum quod est satis difficile casu admisso dico q̄ illa ꝓpositio est vera sor interficit platonem qm̄ plato in casu est interfect9: et non ab aliquo alio sorte. et quando queritur de sua de presenti scilz de hac sor interfecit platonem quando illa erat vera. ¶ Dico breuit' quod ista erat vera ī illo tempore post extramissionem sagitte: in quo erat sor: puta in illo tempore in quo mouebatur sagitta per primam medietatem spacij. Et dato q̄ ꝓtunc plato nō erat lesus sor. tamen ꝓtunc dicebatur interficere ipsum quoniam pro tunc emisit aliquid versus platonem gratia cuius sequeretur occisio platonis et ista veritas illius dependet ab vna de futuro.

Octaua arguitur ponendo casum q̄ sortes in prima nocte cognouisset vxorem suam et immediate postea mortuus fuisset Et postea per medium annum ex isto semine diffuso fuisset productus et genitus Plato tunc ista est vera sortes genuit platonem: similiter hec Sortes fuit pater Platonis et tamen sua de presenti nunq̄ fuit vera scilicet hec Sortes generat Platonem vel hec: Sortes est pater Platonis: quoniam si aliqua illarum fuisset aliquādo vera vel hoc erat qn̄ sortes cognoscebat vxorem suam sed hoc non: quia tunc non erat Plato: vel erat vera quam cito Plato fuit ꝓductus et hoc non: quia tunc non fuit sortes igitur nulla illarum vnq̄ habuit aliquam de presenti veram.

Ad hoc argumentum respōdetur casu admisso concedo veritates istarum propositionuz Sortes genuit platonem Sortes fuit pater platonis ad hunc sensuz communem puta q̄ sortes emisit semen ex quo postea fuit ꝓduct9 Plato: actiōe nature deo creāte animam rationalem.

Et dico q̄ quelibet illarum habuit suam de presenti veram: puta in illo tempore in quo sortes extramisit semen quelibet istarū erat vera sortes generat Platonem et Sortes est pater Platonis.

¶ Et qn̄ dicebat plo pro tūc nō est ꝓcedo nec hoc requiritur ad veritatē talium propositionum quoniam ly generat ampliat terminum rectum ab eo ad illud quod est vel erit.

Breuitatis causa relictis argumentationibus mouentur aliq̄ dubitationes parue.

¶ Prima dubitatio est. An sit possibile dare aliquam propositionem de preterito necessariam cuius quelibet sua de inesse est contingens. ¶ Respōdetur breuiter q̄ sic quoniam hec propositio aliquis homo fuit animal est necessaria necessitate naturali et tn̄ q̄libet sua de presenti est contingens.

¶ Similiter datur aliqua propō de preterito contingens cuius de presenti est necessaria: patz de hac hoc creās fuit deus cuius de presenti est hec hoc est deus. Ex hoc clare patet: hanc consequentiam nō valere de presenti isti⁹ propositionis de preterito aliquando fuit ꝛ est vera: ergo illa de preterito.

Secundo dubitatur de veritate istius propositiōis buf: baptisabitur supposito ꝙ ly buf: ꝓ nunc nihil significet a seipso: sed de hinc ad vnum mensem nascatur aliqua cui in baptismo imponatur dictio buf: ad eum rep̄sentandum. Dico breuiter casu admisso ꝙ ista ꝓpositio est falsa faciēs hūc sensum ꝙ hec dictio buf: baptizabitur: Et si dicas contra hoc baptizabit demonstrando illum qui nascetur h hoc est vel erit buf: ergo buf: baptizabitur respondeo negando minorem quoniā sensus eius est hoc vel erit illa dictio buf: qꝛ vsqꝫ ad baptismum illa dictio buf: nō significat nec accipitur pro aliquo alio a seip̄o ꝛ teris sibi similibus.

¶ De appellationibus terminorum.



Equit tractatul⁹ appellationū in quo sic ꝓcedere intē dimus ponendo primo diffinitionem appellatiōis et regulas cōmunes solitas in tali materia. Deinde argumentationes cōtra illas regulas cum quibusdam dubitatiōibus occurrentibus in medium adducem⁹. Ex quia duplex ē appellatio) vt ad logicum spectat (scilicet formalis significati ꝛ rationis ideo in hoc tractatulo due erunt partes vna de appellatione formalis significati et alia de appellatione rationis: propositum igitur nostrum aggrediendo notandum est ꝙ iste termin⁹ appellatio prout ad logicum spectat sic diffinitur appellatio est acceptio termini cō notatiui in ꝓpositione vel termini sincathegorematici cuius significatio determinat alios terminos vt in hac propositione fortes necessario est albus ille terminus alb⁹ est appellatio quia est terminus connotatiuus in propositione sūptus: similiter in illamet propositione ille terminus necessario est appellatō quoniam est terminus sincathegorematicus determinās alios terminos in propositione: patet ex ista diffinitione ꝙ ad hoc ꝙ aliquis termin⁹ appellet: oportet ꝙ ponatur in ꝓpositione ꝛ ideo quis terminus cōnotatiu⁹ cōnotet extra propositionem non tamē appellat nisi in ꝓpositione positus: secundo sequit ꝙ nullus terminus absolutus appellat neqꝫ est appellatio.

Ulterius est notandum qd̄ duplex est appellatio scilicet appellatio formalis significati ꝛ appellatō rationis: appellatio rationis est terminus connotatiuus importans actum anime interiorem vel exteriorem ꝛ in ꝓpositione positus cuiusmodi sunt istī termini videns cognoscens in istis ꝓpositionibus fortes est videns platonem fortes est cognoscens platonē appellatio formalis est terminus connotatiuus in ꝓpositione positus non importans actum anime interiorem vel exteriorē cuiusmodi sūt isti termini album nigrū ꝛ similes ꝛ ꝓ tali appellatione formali cognoscēda ponūtur primo alique regule cum argumentis.

Prima regula est quilibet terminus cōnotatiuus appellat suum significatum formale conuenire ꝛ adiacere illi rei ꝓ qua supponit vel acci-

cipitur de significato materiali: verbi gratia: in hac propositione sortes est albus eo vt in hac propositione iste est bonus: iste terminus albus appellat suũ significatum formale: puta albedinem conuenire rei quã de materiali significat: iste terminus album signat. ¶ Secunda regula est. Quando in aliqua propositione ponũtur duo termini cõnotatiui a parte eiusdem extremi et se inuicem determinantes et se habentes sicut adiectiuum et substantiuum: quod est adiectiuum et substantiuum appellat suum significatum formale conueni re significato materiali ipsius substantiui. Verbi gratia, in hac propositione Iste est doctus summulista: iste terminus doctus appellat doctrinam conuenire illi rei que est summulista. Et similiter est dicendum: quando ponuntur duo termini se habentes sicut substantiuum et adiectiuum solum est terminus cognotatiuus: vt in hac propositione. Sortes est homo albus: ille terminus albus appellat albedinem conuenire homini.

Sed cõtra hanc regulam secundam arguitur sic ponendo casum q sortes sit paruus in corpore et multũ sciat in logica: tunc ista propositio solet cõcedi vera Sortes est magnus logicus: et tamen si ille terminus magnus appellaret vt dicit regula suum significatum formale conuenire rei pro qua supponit ly logicus: illa propositio esset falsa: quoniã iste terminus magnus cognotat extentionem: sed non conuenit illi extensio cum sit paruus in corpore per casum: igitur regula falsa.

¶ Respondetur breuiter q iste terminus magnus est terminus equiuocus: primo supponit pro aliquo cognotando talem extensionem puta lõgitudinem. Alio modo capitur prout importat perfectionem: et hoc ex quadam similitudine quam habet cum magnitudine extensionis: quia magnum extensione continet paruum: et cũ hoc aliud similiter magnum importat perfectionẽ: quia excedit minus perfectu. Patet igitur q est terminus equiuocus a consilio: igitur si per se ponatur accipietur vt cognotat magnitudinem extensionis: quando vero addetur sibi determinatio: cognotabit cõformiter ad determinationem: vt in hac propositione Sortes est magnus: iste terminus magnus cognotat extensionem: sed in hac propositione Sortes est magnus logicus: ly magnus cognotat perfectionem, seu excellentiam in logica sicut in hac propositione. Iste homo est pictus: iste terminus homo accipitur pro suo significato minus principali. Patet igitur illam propositionem esse veram: et q cognotatio sex appellatio pro qua supponit ly logicus quoniam in ista propositione ly magnus cognotat perfectionem seu excellentiam propter illam determinationem logicus: nec valet ista cõsequẽtia. Iste est paruus et logicus: ergo est paruus logicus nã ly paruus in antecedẽte importat paruitatem extensionis: et in consequẽte paruitatem excellentiie logices. Simili modo dico q iste terminus bonus est equiuocus: quoniam de principali significato cognotat bonitatẽ morum et secundum illam acceptionem accipitur quando per se ponitur.

Alio modo ponitur vt cognotat peritiam vel aptitudinem ad aliquid exercendum: et sic accipitur quando ponitur aliqua determinatio cuius scriptor ille terminus bonus importat peritiam scribendi. ¶ Similiter in ista propositione iste est bonus panis ille terminus bonus importat aptitudinem ad nutriendum.

¶ Similimodo dico q iste terminus malus est terminus equiuocus opposito modo ad ly bonus dando eius ac

ceptiones. Ita eodem modo dicendũ est ꝙ iste terminus albus est equiuocus quoniam in propria significatiõe significat aliquam rez cognotando albedinem sibi inherere. ¶ Sed in alia significatione supponit pro aliquo cognotando tegmentum album sibi conuenire. ⁊ ẽm hoc dico ꝙ casu posito ꝙ aliquis sit niger capite sicut ethiops et fuerit ꝓfessus religionem in q̃ vtuntur veste alba ista ꝓpõ est vera ita est monachus albus quoniam iste terminus albus cognotat vestem albaz cõuenire rei ꝓ qua supponit iste terminꝰ monachus ⁊ de facto sibi conuenit et similiter iste terminus nigrum de vna significatione cognotat nigredinem: inherere ⁊ de alia significatione congnotat nigrum tegmentum conuenire. Patet igitur hanc consequentiam non valere: iste est monachus ⁊ est niger ergo est monachus niger.

Replicatur sic contra regulam positam. ista est vera deus incepit esse homo et est de fide: vt notum est. ⁊ tamen si regula esset vera ista propositio esset falsa: ergo minor ꝓbatur quoniam iste terminus incepit appellat inceptionem conuenire rei pro qua supponit iste terminus homo: puta isti deo sed ei non conuenit inceptio: ideo talis propositio est falsa. ¶ Respondetur notando ꝙ iste terminus est equiuocꝰ quoniam in vna significatione appellat inceptiõez simpliciter q̃ in hoc conuenit ꝙ de nouo habeat vel imediate post hoc habebit esse: sic accipitur quãdo post infinitum sequens ipsum non ponitur terminus cognotatiuus vt in hac propositione Sortes incepit esse ens et talis inceptio non potest conuenire deo.

Aliomodo appellat ly incipit inceptionem secundum quid seu ꝑ accidens que in hoc consistit ꝙ res ipsa de nouo habeat vel immediate post hoc habebit aliquã denominationẽ: ⁊ talis inceptio potest conuenire deo: ĩmo sibi cõuenit quoniam assumpsit humanitatem quoniaz tunc dictus est homo et primus non dicebatur homo sicut si nunc crearet sortem: acquireret aliquam denominationez de nouo puta diceretur creans sortem et in hac secunda significatione accipitur ly incipit quando immediate post suum infinitiuum sequitur terminus cognotatiuus.

¶ Patet ergo hanc consequentiam non valere: sortes incipit esse hoc album ⁊ hoc albuz est sortes ergo sortes incipit esse sortes: quoniam in antecedente ille terminus incipit appellat inceptionem ẽm quid ⁊ in consequente appellat inceptionem simpliciter.

Secundo sequitur hanc cõsequentiam non valere deus incepit esse homo ergo homo incepit esse deꝰ quoniam variatur appellatio ex parte illius termini incepit quoniam in antecedente appellat inceptionem secundum quid et in consequente inceptionem simpliciter. Per ista facile est intelligenti respondere ad formaz argumenti.

Contra illam regulam replicatur ꝓ tertio sic: Ista propositio est vera iste est pater tuus per ꝓnomẽ demonstrando tuum patrem ⁊ tamen secundum regulam datam et explicatã illa propositio esset falsa quod ꝓbo sic quoniam iste terminus tuus secunduz regulam debet appellare suum significatum formale puta rem pro qua supponit suum antecedens conuenire rei pro qua supponit ly pater ⁊ hoc tanꝙ eius possessorem ita ꝙ per istam ꝓpositionem iste est pater tuus denotatur quod iste est possessus a te quod est falsum igitur regula data est falsa.

¶ **Breuiter respondetur no**

tando quod relatiuum reciprocum deri-
uatiue speciei est termius cognotati-
uus et semper de formali cognotat rē
pro qua supponit vel accipitur suū an
tecedens hoc est tamen aliquādo sub
diuersis habitudinibus: quoniam de
principali significato et cognotato cō
gnotat rem pro qua supponit suum an
tecedens tanquam possidentem et pos
sessorem rei pro qua supponit taliter et
licet sic vt implurimum accipitur rela
tiuum quando per se ponitur vel quā-
do ponitur cum terminis absolutis
aut cum terminus cognotatiuis non
restringentibus ipsum ad cognotatio
nem minus principalem vt in hac pro-
sitione hoc est tuum: ly tuum appellat
te tanquam possessorem huius rei de-
monstrate.

Similiter in hac propositio
ne Iste est tuus liber ly tuus appellat
te tanquam possessorem libri.

¶ Similiter in hac propositione hoc
est tuum album. ly tuum appellat te:
tanquam possessorem huius rei albe.
Sed ly tuum de tua significatione mi
nus principali aliquando appellat te
seu suum antecedens tanquam geni-
tum: aliquando tanquam gignentem
aliquando tanquam legentem et aliis
multis modis.

¶ Exemplum. vt in ista. Iste est tuus
pater: ly tuus appellat te tanquam ge
nitum et in ista iste est tuus discipulus:
ly tuus appellat te tanquam docentem.

¶ Correlarie sequitur hāc
consequentiam non valere Iste est pa
ter et est tuus: ergo est pater tuus.

Sed diceret aliquis solet
poni hec regula opposita nostre secū-
de scilicet quod duo termini cognata
tiui positi a parte extremi seinuicem
determinantes appellant et denotant
sua significata formalia sibiinuicē cō
uenire ergo male dictum est quod signifi
cato materiali alterius etc.

Ad hoc breuiter responde
tur quod ista regula communiter assi
gnata vt in plurimum non habet ve-
rum: quoniam secundum eam ista pro
positio esset impossibilis sortes est al-
bus logicus: quoniam significata for
malis illorum terminorum non pos-
sunt sibi competere

¶ Et similiter ista propositio esset ve
ra deus est creator rudibilis casu quo
crearet vnum asinum

Similiter hec esset conce
Ad hoc breuiter dicitur sicut dici potest de antichristo reprobo quod deus potest facere ꝙ nunquam fuit reprobus: sed hoc non erit per aliquam mutationem quia mutaretur de reprobatiōe in predestinationem: q̄ñ posito inesse quod sit vel erit predestinatus dicendum est ꝙ non est neq̄ fuit neq̄ erit reprobus. ¶ Eodem modo si deus faciat vel velit adā nō fuisse tunc negandum est ꝙ unq̄ adam fuit: ⁊ ita non est possibilis illa mutatio de fuisse in non fuisse.

Ultimo sic arguitur si deus potest facere nunc Adam non fuisse ponatur inesse quo facto habebitur cōtradictio scz ꝙ deus facit nunc adam non fuisse et deus non facit nunc adā non fuisse primo concessa affirmatiua negatiuam ꝓbo quia si nunc sit verū adam non fuisse semper fuit verum Adam non fuisse: ergo nunc non facit adam non fuisse.

Ad hoc breuiter dicitur negando hanc ultimam consequentiam quia deuz facere adam nunc non fuisse: nichil aliud est quam velle nunc adam non fuisse: ideo nunc facit ipsum non fuisse ⁊ semper ante hoc fecit per admissa eo ꝙ modo vult et semper ante hoc voluit ipsum non fuisse.

Ex quo correlarie sequitur ꝙ non est possibile ꝙ deus nunc ꝑmo faciat Adam non fuisse immo si faciat ipsum non fuisse sequitur ꝙ ab eterno fecit eum non fuisse: quoniā si nunc sit verum adam non fuisse ab eterno fuit verum ipsum non fuisse. Multa alia de hac materia dici valent. Sed q̄ in parte theologalia sunt. Tū etiam angustia temporis me mouet ideo de illis taceo. ¶ Et hec de futuro contingenti cum eius annexis difficultatibꝰ dicta sufficiant.

Finis.

¶ Spes mea deus.

¶ Nicolai pertatij Uictricensis Campani ad preceptorem suum Quintinum Canum
Epigramma.

¶ Dedaleos sane nostri vitare recessus.
Atq; carybdeos exuperare fores.
Crysippi nodos nimium argumentaq; calles.
Scis quoq; meandri spernere cane vias:
Longius illa tamen horrens post terga remittis/
Et sophiam sequeris/veraq; dicta legis.


¶ Uale et me ama discipulum. Ex sodalitio diui Michaelis:

¶ Joannis quaretij Uictricensis Campani Carmen.

¶ Ad lectores.

¶ Lata procellosis sinuosaq; flumina ventis.
Qui cupit audenti sollicitare rude.
Hunc emat: et toto securus nauiget orbe/
Tutus inaccessum velificabit iter:
Non oberit feruens rabie zanclea carybdis/
Argumenta teret/discutietq; probe:
Uans sophistarum mendacia comprimet atq;
Confringet telis obijcienda suis.

¶ Ex sede nostra lucubratoria diui Michaelis.







¶ Dialectice itroductiones magistri Joannis de celaya Valentini/cũ nonnullis (Magistri Joannis ribeyro Vlixbonensis sui discipuli) additionibus recenter inpresse: et per eundem sue integritati restitute.













¶ Venales habẽtur Aureliaci i edibus Leonardi fardelet.



De antecedente et consequēte et consequētia:



Rtium cursum in alma parisiorum achademia
incboaturi aliquas introductiones bifariā scisas iuuenibus appri⸗
me vtiles quarū pria pars nō solū dialectice verū cuicūq alteri scien
tie ācillari valet dare cōstituim⁹. Et qm̄ vna queq scientia ꝓprios hꝫ
termios ⁊ interrogatiōes vt inqt phloꝝ priceps primo posteriorum
dialectica autē quam logicam dicūt vna est nec cōuicijs afficiendaꝫ
summis laudib⁹ extollēda ac ingenti gloria sublimāda inter eas que
circa argumētationē et oēm docēdi modū versant̄ idcirco eā aggrediēti opepreciū ē vide
re termiorū ex qb⁹ argumētationes cōponūtur naturā aliqualiter ⁊ speculari (vt aiūt miner
uā perscrutari) qđ vt cōmodius fiat pipatetico more a teriorū diffinitionib⁹ ad argumē⸗
tationē requisitorū exordiemur. Termini ergo ad vnā quāq argumētationeꝫ necessarij sunt
quattuor scilꝫ añs/ꝯñs nota illationis/⁊ ꝯña: ⁊ quia septimo methaphisice ⁊ primo po⸗
sterioꝝ qđ nois ⁊ qđ rei ē principiū artis ⁊ sciētie ⁊ ne admiret̄ aliqs sicut panetium ad⸗
miratur pater ille eloquētie prio officiorū. Ideo q̄ res sint p̄fati termini rimabimur. Añs
añs ⁊ ꝯsideraṫ a logico est propositio vel ꝯplexū propositionale ex quo denotatur aliquid
inferri in ꝯña exemplū huius diffinitionis patet de hac propositione homo currit in hac
ꝯña homo currit: ergo aial mouet̄. Dicit̄ notanter ꝓpositio vel cōplexū propositionale
qꝛ ad hoc ꝙ aliquid sit añs non requiritur ꝙ sit ꝓpositio: sed sufficit ꝙ sit propositio vel
cōplexū ꝓpositionale. Per propositionē intelligo orationē congruā perfectam indicatiui
modi. vt ē ista. hō currit qualr̄ itelligatur illa particula idicatiui modi nō est presentis spe
culatiōis sed videbitur i primo tractatu summulaꝝ. Per ꝯplexū ꝓpositionale intelligo
orōnem cōgruā nō indicatiui modi q̄ potest poni loco orationis indicatiui modi ꝑ añte
vel ꝯseq̄nte vt ly sortes curreret in hac conditionali. si sortes curreret sortes moueretur.
particule harū duarū diffinitionū liquēt ex arte grāmatica vltima ꝑticula diffinitionis an
tecedētis ponit̄ ad differētiā cōsequētis. Cōseqnēs vt cōsideratur a logico est propositio
vel cōplexū propositionale qđ denotatur ex alio inferri in consequentia particule huius
diffinitionis clarent ex diffinitiōe añtis nota illatiōis sic diffinitur est copula illationem
denotās potēs vnire añs cū cōsequēte: vt ly ergo ⁊ est triplex nota illationis/scꝫ conditio
nalis: vt ly si causal̄: vt ly qꝛ rōnalis: vt ly ergo si aliqua alie inueniantur reducūt̄ ad istas
Cōsequētia sic diffinit̄ ē aggregatū ex añte ⁊ ꝯñte et nota illationis: vt hoc totū hō currit:
ergo aial currit. vñ tot quot sunt gña illationū tot sunt gña ꝯñarū: nā triplex est ꝯña: scꝫ cō
ditionalis: vt si hō currit animal mouet̄ et dicitur cōditionalis a ly si. alia est causalis: vt
qꝛ sol lucet dies est: ⁊ dr̄ causalis a ly qꝛ alia est rationalis: vt sortes currit: ergo sortes est
aial: et dicitur rationalis a ly ergo.

¶ Sed pro huius materie elucidatiōe ponam aliquas regu⸗
las ad censendū vniuersaliter in vna quaq consequentia qđ est añs et qđ ꝯñs/quarū pri
ma ē. oē illud qđ imediate seq̄tur ly si vel ly qꝛ ē añs. aliud ꝟo ꝯñs/exemplum primi: vt in
hac cōsequētia: si sortes currit sortes mouetur/ly sortes currit est añcedens ly sortes mo⸗
uetur cōseqnēs ⁊ nō oportet ꝙ precedat ly sortes currit ad hoc ꝙ dicatur añs: nā dicendo
sic. sortes mouetur: si sortes currit ly sortes currit est antecedēs. non tamē precedit.

¶ Secunda regula est ista. omne illud quod precedit ly ergo
est antecedens. reliquum vero consequens vt ibi sol lucet: ergo dies est ly sol lucet est an⸗
tecedens et ly dies est consequens nec in istis regulis procedimus rigorose: sed figura
quadam. Est enim eruditi vt inqt philosoph⁹ in. iij: capi. primi ethicorum exactū ipsum ea⸗
tenus in vno quoq genere flagitare quatenus fert ipsius rei natura: et est aduertenduꝫ
ꝙ in omnibus diffinitionibus datis et dandis verba debent dicere aptitudinem in potē
tia propīqua q̄ itelligatur per ly in potētia. ꝓpinq̄ videbit̄ i secūda parte itroductionū.
¶ Sed vt clarius intelligantur diffinitiones date eas aliquibus argumentationibus im
pugnabo et primo contra diffinitionem antecedentis arguitur sic aliquid est propositio
vel complexum propositionale ex quo denotatur aliquid inferri in cōsequentia: et tamē
non est antecedens ergo diffinitio nulla/antecedens probat̄, et capio illaꝫ cathegoricā:

scilicet ex ista sequitur aliquid in consequentia que demonstrat seipsam:est sola scripta in aliquo libro/tunc illa est prepositio ex qua denotatur aliquid inferri in consequentia: et non est antecedens igitur.

¶ Ad hoc argumentum respondetur negando antecedens:et ad probationem distigo minorem:sc3 ꝙ illa cathegorica non sit antecedens vel actu:et sic concedo vel in potentia propinqua:sic nego.vñ si aliqs legat illam propositionem et deinde legat notã illatiõis imediate in vno alio libro et postmodũ immediate legat vnã aliã propositionẽ tũc auditores formabũt in mẽtib⁹ suis cõsequẽtia ⁊ añcedentia:et non nisi audiẽdo illã cathegoricã:et per hoc nulla fiet ĩpositio/igitur est antecedens in potentia ꝓpiqua/tenet ista ꝯña:qꝛ vt videbitur illo modo exponit̃ ly ĩ potẽtia ꝓpiqua ĩ termis.

¶ Hanc tamen responsionem dicit quidã in suis terminis non esse ad propositum.rõnez vero meam nullã facit immo ipaz corroborat.dicit eñ sicut nos ꝙ q̃l3 ꝓpõ est ancecedẽs in potentia propiqua.Attamẽ subiũgit q̃d apparenne haberẽt argumẽta contra illas diffinitiones illo mõ illud.ergo nihil est dictu in quo lucide videtur cecitas et ignorãtia isti⁹ nam si argumẽta non hñt apparentiã contra illas diffinitiones dando illam solutionem et nihil est aliud mali in solutiõe clarissime elicit̃ ꝙ nõ solũ bona vex optĩa censeri debet.

¶ Sed cõtra hanc solutionẽ arguitur.supponendo ꝙ loquamur de añcedẽte actuali/ tũc illa ẽ ꝓpositio ex qua denotatur aliquid inferri in ꝯña ⁊ non ẽ añs.igitur diffinitio nulla.

¶ Ad hanc replicam respondet quidam modernus distinguẽdo maiorem vel ꝙ denotetur inferri in consequentia per vnam cathegoricam:et sic conceditꝭ qꝛ denotatur inferri per semetipsam que est cathegorica vel ꝙ denotetur inferri ꝑ vnam ypotheticam:et sic negat ⁊ dicit ꝙ illud oportet ad hoc ꝙ aliquid sit antecedens.

¶ Contra istam solutionem arguitur.volo ꝙ vna consequentia secundum vnam significationem significet tantum sicut illa cathegorica:scil3 ex ista sequitur aliquid in cõsequentia/tunc ex illa denotatur aliquid inferri in consequentia per consequentiam:et tamen non est antecedens/igitur adhuc intelligendo illo modo diffinitio non valet/maior patet ex casu.

¶ Ad hanc replicam respondet idem modernus negando consequentiã:et dicit ꝙ cum hoc oportet ꝙ denotetur inferri per consequentiam secundum significationem secundũ quam significat consequentialiter modo non denotatur ex illa assumpta in argumento aliquid inferri per consequentiam secundum significationem secundum quam significat consequentialiter:sed solum secundũ significationez secũdũ quã significat cathegorice.

¶ Contra istam solutionem arguitur/sequeretur ꝙ quelibet conditionalis vera esset contingens:sed hoc est contra omnes logicos/igitur/sequela probatur.quelibet conditionalis habet vnam significationem contingentem igitur quelibet est contingens/antecedens probatur.quelibet significat secundum istam solutionem ꝙ suum ꝯñs inferatur ex suo antecedente seu denotetur inferri et ista significatio est contingens igitur:minor probat̃:quia si nulla sit ꝯsequẽtia in mũdo aliter erit ꝙ per illã significatur:ergo illa ẽ ꝯtigẽs.

¶ Ad hoc argumentum respondet quidã in suis terminis ꝙ nõ incõuenit ꝙ cõditionalis sit contingens secundũ illam significãtiam et miratur de me qꝛ nesciebã soluere argumẽtum illo modo:sed plane iste incidit in syllam putans euadere caribdim.Naz tunc quel3 conditionalis haberet duas significãtias oĩno distinctas:⁊ per ꝯñs in mẽte vltimata esset vna propositio que haberet duas significatones naturaliter ꝓprias:vt lucet de qualibet conditionali in mente:et sic in mente vltimata esset equiuocatio in sensu in quo negatur ab omnibus logicis:et per consequens cecidit in syllam nimirum quia talis petaso sicut ipse nequibat preuidere ingens inconueniens quod sequebatur et elicuimus.Duo tamẽ tacenda non censemus primum ꝙ iste tandem in eas solutiones amplectitur vt patet intuenti eius librum secundum ꝙ causa quare iste cum altero fuit obnubilatus est:qꝛ significantiam quam attribuere debebant note illationis attribuerunt toti ꝯñe.Nã lucidũ est et sole clarius ꝙ significatio note illationis non est aliud ꝙ denotare ex antecedente inferri ꝯñs et ex paruo errore iuxta sententiam philosophi inciderunt in maxima teste eni3

philosopho paruus error in principio maxim⁹ in fine. Quidã ali⁹ in suis ꝓgymnasmati
bus dicit se nõ posse equo aĩo ferre p̃ceptorẽ meũ sui p̃ceptoris sentẽtiã respuere ⁊ oppu
gnare quasi plus magistro ꝙ̃ veritati tribuẽdũ esset qḋ nõ modo christiana negat doctri
na: sed noster etiã aristoteles abhorruit qui ⁊ si platonis erat amicus: amitior tamẽ veri
tatis dici maluit: sed iste ꝓgymnasmator vt natura erat seruili non tã veritatẽ sequi nouit
ꝙ̃ suo p̃ceptori adulari: nec mirũ videri debet ꝙ ipsi sit ingeniũ seruile cui nõ nisi seruilis
forma ⁊ figura contingerit vtpote esopo olĩ perꝙ̃ similis. verũ p̃ceptor me⁹ sua libera cõ
ditione fret⁹ in liberalib⁹ artib⁹ libere scribẽdũ censuit. nonne illi licebit facere qḋ augu
stino in hieronimũ licuit quodq̨ diuo thome aliisq̨ clarissimis doctorib⁹ vitio dari non
potuit qui suorũ maiorũ sententias non modo respuere: sꝫ ꝯfutare quidã formidarũt
ceterum qḋ ad ꝓpositũ attinet: q̄ꝛ iste homo conat⁹ est pro suo regente respõdere enitar
ego pro obseruando p̃ceptore meo contra eum instare: nã id p̃ceptor me⁹ ꝓ se nõ tam cu
rat ꝙ̃ contempnit ad replicã igitur ille sic rñdet ꝙ q̄ñ ipsi dicunt argumẽtationẽ denota
re illationẽ cõsequẽtis ex añcedente. nolũt dicere ꝙ in sua significatiõe significat añs ⁊ con
sequens: sꝫ d̄r importare illationẽ ꝯsequentis ex añcedente: q̄ꝛ denotat ꝙ ad ita esse qḋ per
añs significat̃ sequatur ita qḋ ꝑ ꝯñs significatur non significando añs nec cõsequens et
hãc dicit esse sanã intelligentiã omniũ logicorũ: sed replicat̃ ꝯtra euꝫ sic. cõtingẽter ita est
sicut per cõditionalẽ verã significatur: ergo secũdũ illam significationẽ est contingens
consequentia est nota ⁊ antecedẽs ꝓbatur: contingenter ita est sicut per illam denotatur
ergo contingenter ita est sicut per illaꝫ significat̃ / antecedẽs est clarum q̄ꝛ si nulla sit pro
positio in mundo / non ita est ꝙ ad ita esse ꝙ per antecedẽs significatur / sequatur ita esse
ꝙ consequẽs significat̃ per scotũ / q̄ꝛ non ponit constantiam quam ponit su⁹ alter cõdisci
pulus ⁊ consequentia probatur quia arguitur ab inferiori ad suum superius: nã in men
te non possum ipse dicere quia sit illud denotare nisi significare: ⁊ sic currit semper argu
mentũ qḋ nõ soluit ⁊ ad argumetum qḋ dicit sumere ex v̾bis p̃ceptoris mei q̄ꝛ si ly si de
notet illationẽ ꝯñtis ex añcedẽte sequit̃ ly si significare añcedẽs ⁊ cõseq̄ns ⁊ habere signi
ficationem contingentem nego consequentiam nec hoc soluit argumentum in eos (vt di
cit) ⁊ discrimen est latum: q̄ꝛ significatio de ly si est aliqualis ⁊ incomplexa ⁊ ꝙ ex tali signi
ficatione incomplexa non sequatur ly si significare antecedens ⁊ consequens probo per
ipsos ⁊ omnes logicos ly omnis in ista propositione omnis homo est animal significat
subiectum accipi distributiue pro omnibus significatis ⁊ p̃dicatum accipi confuse tan
tum: ⁊ tamen non significat subiectum aut predicatum: ergo sua cõsequentia non valet:
etiam quando talis significatio note illationis esset contingens non sequitur conditio
nalem esse contingentem: quia cõtingentia partis non arguit contingentiam totius ad
aliud qḋ dicit ꝙ non posset assignare significationem totius consequentie aliam ab illa
quam ipse dat nego: immo dico ꝙ quelibet talis est complexa cum consurgat ex signifi
cationib⁹ ꝑtiũ. vñ ista ꝯña si sortes currit sortes mouet̃ sig̃at ꝙ si sortes currat sortes mo
ueat̃: nec põt aliter explicari ꝙ̃ sic sicut significatio hui⁹ cathegorice. hõ est aĩal nõ põt ali
ter explicari ꝙ̃ sic ista ꝓpositio. homo est animal significat hominẽ esse animal capiẽdo
ly hominem esse animal sig̃ncathegoreumatice. Significatio vero de ly si est incomplexa
vt dictũ est: ẽ etiam aliud discrimen: quia omnes conditionales composite ex propositi
onibus non synonymis sunt non synonime: sed quelibet nota illationis conditionalis
est synonima cum quelibet alia nota illationis conditionali. dico conditionali: quia cum
causali vel rationali non oportet: ⁊ si arguas contra hoc quia alique due note illationis
conditionales differunt specie: quia causantur ab obiectis distinctis specie: ergo nõ sunt
synonyme nego consequentiam. instantia patet de noticia intuitiua ⁊ abstractiua eiusdẽ
obiecti que differunt specie ⁊ nihilominus sunt synonyme. Similiter patet instantia de
termino vocali qui est synonymus cum vno alio scripto nihilominus differt specie
ab illo.

¶ Propter hoc argumẽtũ aliter respõdeo ad primã replicam admissa ypothesi distinguen
do maiorem vel ꝙ denotet̃ inferri per vnam cathegoricã ⁊ sic concedo maiorem ⁊ mino
rem ⁊ nego cõsequentiam vel ꝙ denotetur inferri per notã illatiõis: ⁊ sic nego minorem.
¶ Cõtra illam solutionẽ arguitur. volo ꝙ ly ergo ꝗm vnã significationẽ significet tantum

sicut illa cathegorica scꝫ ex ista sequitur aliquid in ꝯña tūc ex illa cathegorica denotabit aliqḋ iferri i ꝯña ꝑ notā illationis vt patet ex casu et non erit añs igitur solutio nulla.

¶ Ad hanc replicam respondetur distinguendo ꝙ denotetur aliquid inferrri in ꝯsequentia per notā illationis vel ſm significationē ſm quam est nota illationis: ⁊ sic nego vel secunduꝫ aliā significationē ⁊ sic cōcedo ⁊ nego cōsequētiam: qꝛ diffinitio añtis intelligitur sic añs est propositio vel cōplexū ꝓpositionale ex quo denotatur aliquid inferri in cōsequentia per notam illationis ſm ſcationē ſm quam est nota illationis.

¶ Scḋo principaliter arguit̄ cōtra diffinitionē ꝯñtis aliquid est ꝯñs in aliquo casu qḋ nō denotatur ex alio inferri in ꝯña: ergo diffinitio mala añs probat̄. volo ꝙ hoc aggregatuꝫ homo currit: ergo sit scriptū in pariete ⁊ volo ꝙ vnꝰ legat totuꝫ illud ⁊ qñ legerit ly ergo iterū legat ly homo currit. ita ꝙ bis legat illā ꝓpositionē homo currit ⁊ semel solū ly ergo tunc in tali casu illa ꝓpō hō currit est ꝯñs: ⁊ tñ nō denotat̄ ex alio inferri/igitur ātecedēs verum minor probatur denotatur inferri ex semetipsa: ergo non ex alio.

¶ Ad hoc argumentū respondetur negando añs ⁊ ad ꝓbationē distinguitur minor vł ly alio capitur vt est relatiuū diuersitatis ⁊ sic nego ꝯñam qꝛ nō capitur in illo sensu vel capit̄ loco de ly aliquo ⁊ sic negatur minor ⁊ in isto sensu capit̄ in diffinitione ꝯñtis ⁊ ad ꝓbationem minoris nego ꝯñam si in ꝯsequēte capiatur ly alio loco de ly aliquo eodem modo debet capi ly alio in diffinitione subiecti quam dat Petrus hispanus in primo tractatu.

¶ Contra istā solutionē arguitur ly sortes curreret est ꝯñs in ista cōditionali si oīs homo curreret ⁊ sortes esset hō sortes curreret ⁊ tñ nō denotat̄ inferri ex aliquo añte igit̄ solutio nulla maior est nota ⁊ minor probat̄ nullū est añs in illa ꝯditionali igit̄ nō denotat̄ inferri ex aliq̄ añte: añs ꝓbat̄ sic: si esset aliqḋ añs in illa ꝯditionali maxīe esset illud totū oīs curreret ⁊ sortes esset hō ꝯñs est falsū. Igit̄ ⁊ añs sequela est nota minor ꝓbat̄. illud totū est ineptū aggregatū ḡ nō est añs. añs ꝓbatur ly: ⁊ nō tenet̄ copulatiue nec cōplexiue nec diuisiue ⁊ nullo alio mō pōt teneri. Igit̄ est ieptū aggregatū maior quo ad duas vltimas ꝑtes est nota ⁊ quo ad primā ꝓbat̄ qꝛ tūc faceret ꝓpositionē copulatiuā quod est falsum.

¶ Ad hāc replicā respōdet̄ negando minorē ⁊ ad ꝓbationē negat̄ añs ⁊ ad ꝓbationē antecedētis negat̄ mīor ⁊ ad ꝓbationē mīoris negat̄ añs ⁊ ad ꝓbationem añtis negat̄ maior quo ad primā partē scꝫ ꝙ ly ⁊ nō teneat̄ copulatiue ⁊ ad ꝓbationeꝫ negat̄ ꝯña ⁊ dico ꝙ stat bene ꝙ ly ⁊ teneatur copulatiue ⁊ ꝙ non faciat copulatiuaꝫ hoc semper cōtingit quādo vnit complexa propositionalia que non sint formaliter copulatiue.

¶ Tertio principaliter arguitur cōtra diffinitionē cōsequētie aliquis ternarius est aggregatū ex añcedēte ⁊ ꝯñte et nota illationis qui nō est ꝯña/ergo diffinitio mala añs ꝓbatur. capio vnū añs quod est in libro sortis ⁊ vnū ꝯñs quod est in libro platonis ⁊ vnā notā illationis que est in libro ciceronis tūc ille ternarius est aggregatū ex añte ⁊ ꝯñte ⁊ nota illationis vt notū est ⁊ nō ē consequentia igitur antecedens verum minor probatur. non est ens igitur non est consequentia tenet consequentia a superiori distributo ad suum inferius negatiue et antecedens est clarum.

¶ Propter hoc argumentū dicūt aliqui ꝙ ly ꝯña nō bene diffinitum est illo mō sed debet sic diffini: ꝯña est orō cōposita ex antecedente ⁊ ꝯñte et nota illationis.

¶ Sed contra istam solutionem arguitur: si ille terminus consequentia non bene diffiniretur illo modo maxime esset quia illi ternario conueniret diffinitio ⁊ non diffinitū consequens est falsum ergo et antecedens sequela est nota minor probatur. illi ternario conuenit diffinitum ergo minor vera ātecedēs probatur in aliquo casu vbi nulla fiet impositio subordinabitur consequētie ergo nunc est consequentia antecedēs probatur: volo ꝙ vnus legat illud antecedens ⁊ immediate legat notam illationis cum illo consequente: tunc ille ternarius subordinatur consequentie quia quilibet audiens formabit consequētiam vt notum est et tunc nulla fiet impositio per hoc ꝙ alter legit igitur antecedens verum ⁊ simili argumento potest probari ꝙ vnus ternarius cuius antecedens est rome et nota illationis valentie ⁊ consequens in arabia est consequentia nā si aliquis portet consequens ⁊ notam illationis in loco vbi est antecedens. tunc per hoc ꝙ vnus legat significabit conditionaliter ⁊ nulla fiet impositio igitur.

¶ Ideo aliter respondetur ad argumentum propter hanc replicam negādo antecedens ⁊ ad probationem negatur minor ⁊ ad probationē negatur cōsequentia ⁊ nego ꝙ argui tur a superiori distributo ad suum inferius negatiue nam illi duo termini ens ⁊ ꝯña sunt termini impertinentes ⁊ nō se habent tanꝙ terminus superior ⁊ inferior.

¶ Contra istam solutionem arguitur ille ternarius non significat: ergo nō est ꝯña/añs ꝓ batur. nulli representat aliquid vel aliqua vel aliqualiter; ergo non significat.

¶ Ad hanc replicam respondetur distinguendo antecedēs vel actu ⁊ sic concedo ⁊ nego cōsequentiā vel in potētia propinqua ⁊ sic nego antecedēs vnde sicut probatū est in argu mēto si vnus legat significabit ⁊ per hoc nulla fiet impositio vt notū est quia alias seque retur ꝙ quilibet legens imponeret illud quod legit qḋ est absurdum. Ex solutione argu menti sequuntur duo correlaria. primū ꝙ ista ꝯsequentia non valet hoc est vna consequē tia ergo est vnum ens. correlarium est liquidum demōstrando ternarium assumptū in argumento. Scḋm correlariū est ꝙ dabilis est aliqua ꝯña cuiꝰ antecedēs distabit ab an tecedēte per mille leucas immo sunt multe tales vt patet intelligenti.

¶ Quarto principaliter arguitur cōtra eandē diffinitionē ali quid est ꝯña qḋ nō est aggregatū ex añcedēte ⁊ ꝯñte ⁊ nota illatiōis: ergo diffinitio mala añs ꝓbatur. volo ꝙ ꝯñs scribatur ex eodē atramēto numero cū antecedente similiter no ta illationis scribat̄ ex eodē attramēto cū añte tūc illud attramētū est ꝯña ⁊ nō est aggre gatū ex añcedēte ⁊ ꝯñte ⁊ nota illatiōis igitur maior ꝓbatur. illud attramētū subordinat̄ ꝯñtie ergo est ꝯña añs ꝓbat̄. si aliquis legat formabit ꝯñtiā igitur. Iaꝫ ꝓbat̄ minor illud attramētū est añs ⁊ illud idē est ꝯñs ⁊ illud idē est nota illatiōis vt pꝫ ex casu ḡ nō ē aggre gatū ex añte ⁊ ꝯñte ⁊ nota illationis tenet ꝯña qꝛ alias idē esset ps suipsiꝰ qḋ est absurdū

¶ Ad hoc argumētuꝫ respōdet̄ negādo añs ⁊ ad ꝓbationē admisso casu distinguit̄ minor vel formaliter ⁊ sic ꝯcedit̄ vel equiualēter ⁊ sic negatur vnde sufficit ꝙ subordinetur vni mētali que sit aggregatū ex añcedente ⁊ cōsequente ⁊ nota illationionis ad hoc ꝙ sit ꝯña

¶ Cōtra solutionē arguitur. ista propositio sole lucēte dies est: est ꝯña ⁊ nō est aggregatuꝫ ex añcedente ⁊ ꝯñte et nota illationis neqꝫ formaliter neqꝫ equalēter: ḡ solutio nulla ma ior ꝓbatur: subordinat̄ huic ꝯñtie causali qꝛ sol lucet dies est ḡ est ꝯña minor ꝓbat̄. est ca thegorica de tꝑato extrēo ergo nō est aggregatū ex añte et ꝯsequēte ⁊ nota illatiōis/añs probat̄. subordinat̄ huic de tꝑato extrēo dū sol lucet dies est: ergo est de tꝑato extremo.

¶ Ad hanc replicam respondet̄ distinguendo maiorē vel illa propositio capitur in sensu cōditionali causali vel rationali vel vt est de tēperato extrēo si in primis tribus sensibus cōceditur maior/negatur minor. si vero capiat̄ in vltimo sensu negatur maior nec in illo sensu probatur vt patet aspicienti. Ex ista solutione sequitur ꝙ illa propositio potest face re quattuor sensus secundū ꝙ potest exponi per ly si quia: ergo vel dum si in primo sensu capiatur subordinatur huic si sol lucet dies est. si in secūdo subordinatur huic: quia sol lu cet dies est i tertio subordinatur huic: sol lucet: ḡ dies est si in quarto subordinat̄ huic: duꝫ sol lucet dies est in primis tribꝰ sensibus est ꝯñtia in vltimo vero ꝓpositio cathegorica.

¶ Sequitur scḋo ꝙ argumētū de ly a posito ꝙ significet tantū sicut vna ꝯñtia eodē modo potest solui sicut istud solu[illegible] est nā licet ly a nō sit aggregatū formaliter est tñ equiualēter

¶ Quinto principaliter arguitur aliquid est cōsequētia quod non est aggragatum ex antecedente et consequente ⁊ nota illationis neqꝫ formaliter ne qꝫ equiualenter ergo diffinitio mala/antecedens probatur. deus est consequentia ⁊ non est aggregatum ex antecedente et consequēte ⁊ nota illationis neqꝫ formaliter neqꝫ equi ualenter/igitur: maior probatur. significat tantum sicut vna consequentia: ergo est conse quentia. antecedens probatur. ipsemet est noticia apprehensiua omnium consequentia rum: ergo significat tantum sicut vna consequentia.

¶ Ad hoc argumentum respondetur negando antecedens ⁊ ad probationem distingui tur maior vel intelligitur de consequentia creata: et sic negatur: vel de consequētia icrea ta ⁊ sic conceditur ⁊ dico ꝙ diffinitio intelligitur de consequentia creata.

¶ Contra istam solutionem arguitur. si esset consequentia increata. sequeretur ꝙ esset cō sequentia mala/consequens est absurdum: ergo ⁊ antecedens sequela probatur. signifi cat tantum sicut vna consequentia mala ergo est consequentia mala antecedēs probatur.

significat tantum sicut ista consequentia. sortes currit: ergo plato currit et ista est mala: ergo significat tantum sicut vna mala maior probatur significat ipse deus ꝙ illa consequentia assignata est mala et nō potest taliter sibi significare nisi apprehendat illā igitur significat sibi met tantum sicut illa. Iā probatur fl'itas consequentis sequeretur ꝙ esset propositio falsa consequēs est falsū: ergo et antecedens sequela probatur significat tantū sicut illa consequentia assignata et illa est propositio rationalis falsa igitur: significat tm̄ sicut illa propositio falsa: et ꝑ cōsequēs est propositio falsa: falsitas consequentis probatur. sequeretur ꝙ esset falsus postꝙ est propositio falsa consequens est absurdū: ergo et antecedēs.

Pro solutione huius replice est aduertendum ꝙ cum timore et reuerentia oportet etiam exprimere illa q̄ vera sunt quādo loquimur de deo vnde diuus augustinus decimo de ciuitate dei capite vigesimotertio īquit liberis verbis loquūtur philosophi nec in reb⁹ ad intelligēdū difficili⁹ offensionē religiosarū auriū ꝑtimescūt nobis aūt ad certā regulam loqui fas est ne verborū licentia etiā de rebus q̄ his significātur impiam gignat opinionē hec ille. Et ideo ad hanc replicā respondeo negando sequelam et ad probationem nego consequētiā. ratio est: q2 illi termini consequentia mala propositio falsa importēt difformitatē quādā: et ideo nō debēt attribui deo. Sed supposito ꝙ nō importēt difformitatē est difficultas an illi termini possint attribui deo et precipue tenēdo opinionē roberti holkot quā tz in tertio sententiarū questiōe prima articulo octauo sz de hoc ꝑ amplius videbitur in primo tractatu in capitulo de propositione.

¶ Sexto principaliter arguitur aliquid est aggregatū ex antecedente et consequente et nota illationis qđ nō est consequētia. ergo diffinitio mala/ antecedēs probatur. capio antecedens huius conditionalis: si sortes curreret sortes moueretur scilicet ly sortes curreret et capio consequēs cum nota illatiōis hui⁹ ꝯn̄e: scilicet sortes currit: ergo sortes ē aīal Ita ꝙ capio istū ternariū sortes curreret: ergo sortes ē aīal tūc ille ternari⁹ est aggregatū ex an̄te et ꝯsequēte et nota illatiōis et nō est cōsequētia igitur maior est nota et minor probatur. nō ē propositio: ergo nō ē ꝯn̄a/ ꝯn̄a est nota et antecedēs probatur. non est oratio perfecta ergo non est propositio. consequentia tenet a superiori distributo ad suū inferi⁹ negatiue et antecedens est clarum.

¶ Ad hoc argumentum respondetur duobus modis primo modo dicendo ꝙ diffinitio consequentis intelligitur sic est propositio aggregata ex antecedēte et consequente et nota illatiōis et tūc negarē consequentiam: q2 nō capis totam diffinitionē et si capias in sensu diffinitiōis negabo an̄s: nec argumētū militat contra hoc. Alio modo respondetur negando antecedēs et ad probationē concedo maiorē: et nego minorē dū modo capias ly sortes curreret sensu in quo est antecedens eius conditionalis assumpte in argumento nam tunc tantū valet sicut sortes currit et in illo sensu ē antecedēs et ad probationem nego ꝙ non sit propositio ⁊ ad probationem nego ꝙ non sit oratio perfecta nam equiualet illi in consequendo sed in significando.

¶ Contra secundam solutionem arguitur. sequeretur ꝙ diffinitio antecedentis esset mala: sed hoc est cōtra dicta superius/ igitur. sequela probatur: continet aliquid superfluum ergo est mala antecedens probatur continet illā particulā superfluā scz vel cōplexum ꝓpositionale igitur continet aliquid superfluū an̄s probatur. sine illa particula diffinitio esset bona: ergo est superflua antecedēs probatur: q2 nō est dabile aliquod antecedens quod non sit propositio formaliter vel equiualenter. Ergo sufficeret dicere antecedens est propositio et nō oporteret addere ly vel cōplexum propositionale et idem argumētum potest fieri contra diffinitionem consequentie.

Ad hanc replicā respōdetur negādo sequelā et ad probationē nego an̄s et ad probationē nego iterū an̄s et ad probationē nego ꝯn̄am et si probes: q2 ille est mod⁹ probādi ad cognoscendū an aliqua diffinitio continet aliquod superfluū vel diminutū ad hoc dico ꝙ opz addere ad an̄s illi⁹ ꝯn̄e hoc totū et nō ponitur ad maiorē explicationē. Ita ꝙ oportet sic argumētari sine illa ꝑticula diffinitio esset bona et non ponitur ad maiorē explicationē: ergo est superflua. modo dico ꝙ illa ponitur ad maiorē explicationem et vt iuuenes facilius cognoscāt quod est antecedens in vnaquaqꝫ ꝯn̄a nam multi fallerentur: nam ex quo ly curreret qn̄ pōitur se loco nō ē propō: crederēt etiā ꝙ qn̄ ponitur i ꝯditionali nō ē ꝓpositio: ⁊ iō ad talē ābiguitatē expellēdā posita fuit illa particula

¶Quidā in suis ꝓgymnasmatibꝰ infert cōtra hoc istō correlariū. Seqtur scđa errare asserētem tale complexum propositionale esse propōnem ⁊ subordinari propositioni ⁊ subdit nō posset ipse inficiari hanc mentalem: si angelꝰ volaret angelꝰ esset pennatꝰ eē ꝯña vbi iā an̄s nō est ꝓpō neqꝫ ei subordinat᷑: sed iste homo neqꝫ aliū neqꝫ seipm̄ itelligit. nā ex dictis p̄ceptoris mei seqtur nō posse dari talē mētalē cū dicat in isto argumēto qđlibet cōplexū ꝓpositionale subordinari ꝓpōni ⁊ equiualere illi nō mō in ꝯsequēdo: sed in significando ⁊ p ꝯñs nō datur tale cōplexū ꝓpōnale in mēte: vt ipse falce p̄supponit: infert vlteriꝰ ꝙ diffinitio antecedētis data supiꝰ est mala vt dicit patere ex declaratiōe in isto sexto argumēto. sed iste homo si nō fuisset tā orbatꝰ lumīe potuisset hic videre argumētū illō exp̄sse a p̄ceptore meo motū ⁊ solutū qñ dicit particulā illā vel ꝯplexū ꝓpōnale addi illi diffinitiōi ad tollēdā dubitationē in iuuenibꝰ ⁊ certe mirādū est ꝙ cū iste ī mordēdo p̄ceptore meo tm̄ laborauerit cūqꝫ in v̄bis ⁊ ābagibꝰ fuisset adeo ꝓdigꝰ ī ratiōibꝰ ⁊ argumētꝭ tā parēs extiterit dixi ego parcꝰ: sꝫ veriꝰ dixissem īops cū parcꝰ nō sit is ꝗ nō dat qđ nō potest

¶Sequitur de diuisione cōsequētie in bonam ⁊ in malam.


Onsequētia sic diuidit᷑ ꝯñarū alia bona alia mala: ¶Cōsequētia bona sic diffinit᷑ ē ꝯña cuiꝰ an̄s nō pōt esse verū ꝯñte existēte fl'o seclusa refletiōe exēplū pꝫ de hac ꝯña. sorꝫ currit: ergo sorꝫ mouetur. ¶Cōsequētia mala sic diffinit᷑ est ꝯña cuius an̄s p̄t esse verū cōsequente existēte fl'o seclusa reflexiōe exēplū pꝫ de ista ꝯña. sortes currit: ergo plato currit in istis duabꝰ diffinitionibꝰ posui illā particulā seclusa reflexione ad denotādū ꝙ in reflexiuis seu isolubilibꝰ nō icōuenit vt videbit᷑ dare aliquā ꝯñam bonam cuiꝰ an̄s est verū ⁊ cōsequēs fl'm. Ex istis diffinitiōibꝰ seqtur p̄io ꝙ negare ꝯñaꝫ nō est negare an̄s neqꝫ ꝯñs: sꝫ est negare illationē ꝯñtis ex an̄e. Nā stat negare ꝯñaꝫ ⁊ ꝯcedere an̄s ⁊ ꝯñs: hoc patet de hac ꝯña. Joannes est ī aula: ergo lambertꝰ est in aula.

¶Sequitur secundo ꝙ stat concedere cōsequentiam ⁊ negare antecedens ⁊ cōsequens exemplum patet de hac: sortes est asinus: ergo sortes est asinus.

¶Sequitur tertio ꝙ stat concedere consequens ⁊ ꝯsequentiaꝫ ⁊ negare antecedēs exēplum patet de hac homo est asinus: ergo deus est.

¶Sequitur quarto quod non stat bene respōdēdo cōcedere antecedēs ⁊ cōsequētiā ⁊ negare cōsequēs nā ī omī bona ꝯña an̄cedēs est ꝯcedēdū cōseqn̄s est concedendum.

¶Seqtur q̄nto ꝙ nō est necessariū negare cōseqn̄s correlariū probat᷑: qꝛ vel est verꝫ vel fl'm si verū extra obligatiōes est ꝯcedendū si fl'ꝫ oporteret respicere ad ꝯseq̄ntiā qꝛ vl' est bona vel mala: si mala est negāda: si bona tūc an̄s est fl'm ⁊ p cōsequēs negādū: qꝛ in oī bona cōsequentia si cōsequens est falsum an̄s est falsum extra reflexiuas.

¶Sequitur sexto ⁊ vltimo ꝙ sequentia que semel est bona semper est bona ⁊ que semel est mala semper est mala intellige secūdum eandem significationem.

¶Sꝫ pro mō respōdendi ad vnū quodqꝫ argumētum est notādum qꝛ vel antecedens est vna cathegorica vt due si p̄imū vel est verū vel falsuꝫ si verū ꝯcedēdū ē si fl'm negādū est an̄s. Si s̄m prima illarū vocat᷑ maior ⁊ scđa minor v̄a semꝑ est ꝯcedēda ⁊ falsa neganda.

¶Sequitur de diffinitione.


T quia in vnāquaqꝫ sciētia exordiū sumit᷑ a diffinitionibꝰ ⁊ diuisionibꝰ terminorū talis scientie. Jdeo opep̄ciū est scire q̄d sit diffinitio ⁊ q̄d sit diuisio ⁊ q̄d diffinitū ⁊ q̄d diuisum ⁊ quot conditiōes req̄runt᷑ ad bonā diffinitionē quot ad bonā diuisionē ly diffinitio sic diffinit᷑ est orō explicās ꝑfecte naturā diffiniti cū q̄ ꝯuertitur exēplū pꝫ de hac orōne aīal ratiōale. ¶Dicitur notanter orō: qꝛ ad hoc ꝙ aliq̄d sit diffinitio oꝫ ꝙ sit orō vel terminus ꝯplexus qđ idem est. Dicit᷑ notāter ꝑfecte explicās naturā diffiniti qꝛ ad hoc ꝙ aliq̄d sit diffinitō req̄ritur ꝙ totā naturā diffiniti explicet ⁊ ꝙ nihil sup̄fluū aut diminutū ꝯtineat. Dicit᷑ notāter cū q̄ ꝯuertit᷑ qꝛ necessuꝫ est ꝙ diffinitū ⁊ diffinitio sint termini conuertibiles

¶Pro enucleatione huiꝰ materie ē aduertēdū ꝙ tres sunt ꝯditiōes req̄site ad bonā diffinitionem prima est ꝙ diffinitio explicet et declaret totā naturā ip̄ius diffiniti. ¶Secunda cōditio est ꝙ diffitm̄ et diffinitō sint teri cōuertibiles hoc est dictu ꝙ de nullo possit v̄ificari vnus illorum qui de eodem possit verificari alter mediāte simili copula.

De diffinitione.

¶ Ex ista conditione lucide apparet imperitia et ignorantia cuiusdam inferentis in suis terminis ꝙ diffinitio chimere que est hec. chimera est ens compositū ex incompossibilibus posse componi est bona licet sit propositio falsa. Manifestū enim est ꝙ nulla diffinitio est propositio immo nulla diffinitio potest esse propositio secundum talem significationem: qꝛ propositio de nullo valet verificari secundum significationem secundū quam est propositio vt euidens est et sic credidit iste pingui musa ortus ꝙ ista propositio homo est animal rationale est diffinitio hominis. Sed ne iuuenes charissimi in eandem foueā cum isto incidatis aduertite ꝙ diffinitio illius termini homo non est illa propositio sed ē hoc aggregatum animal rationale et ly homo est diffinitum: et sic illa propositio homo ē animal rationale et aggregatum ex diffinito et diffinitione et copula et nullo modo est diffinitio: qꝛ non valeret. de quolibet enim homine verum est dicere hoc est homo: et illa propositio vt dictū est nequit de aliquo verificari. Quare non debebat appellare illum librum terminos cum principiis verum terminos cum repugnantijs prinncipiorum logicalium et per consequens non immerito diximus in expositione primi tractatus summularum magistri petri hispani ꝙ principia ignorauit iste nimirum etiam si ipsum nuncupaui dolum idest deceptionem passiue.

¶ Tertia ꝙ diffinitio nihil habeat superfluū aut diminutum. Diffinitum est duplex scꝫ propinquum et remotū. Diffinitum propinquum est diffinitum cuius naturam explicat diffinitio vt ly homo respectu huius diffinitionis animal rationale. Diffinitum remotum est res significata per diffinitum propinquum vt sortes ad extra naꝫ significatur per nullum terminum homo q̇ est diffinitum propinquum quidam in suis progymnasmatibus dicit istam diffinitionem non sufficem neqꝫ esse ad propositum propositionem vero nullam ponit nisi quia dicit ly homo materiam significat similiter et formam vt dicit se postea ōñsurū quod non modo non probauit: sed nec suadere potuit: verum quia in secūdo capitulo de representare et significare aliq̄d circa hoc tangit tangemus ⁊ nos ibi aliqua cōtra eum. Et nota ꝙ duplex est diffinitio: scilicet quid rei et quid nominis. diffinitio q̄d rei est diffinitio explicans que res est significata per diffinitum ⁊ qualis est diffinitio q̄d nominis est oratio explicans quid per nomē importatur ⁊ ista diffinitio est proprie terminorum cognotatiuorum importatur: et ista diffinitio est proprie terminorum cognotatiuorum ⁊ p̄cipue nō potēnū supponere. Idē in suis ꝓgymnasmatib⁹ i caplo. de. terio ponit duas cōclusiones quarū secūda ē ista nō potest idē termin⁹ diffiniri plrib⁹ diffinitionibus q̄d nois nō sinōimis ipso tēto vniuoce ꝙ ista conclusio sit manifeste fl̄a probatur. iste teri⁹ chimera pōt diffiniri plrib⁹ diffinitionib⁹ q̄d nois nō sinonimis ipso tēto vniuoce: ergo intentū probatur aňs q̄lꝫ istarū ē bona diffinitio illi⁹ termini ens cōpositū ex incōpossibilib⁹ animal compositū ex incōpossibilib⁹ cum nihil illi deficiat et sunt non sinonime vt notū est et ille terminus tenet vniuoce: qꝛ scd̄ꝫ vnā et eādē significationē: ergo aňs verum etiam in terminis supponentib⁹ patet fl̄itas sue conclusionis: nā in suo tractatu sunt eiusdem termini plurales tl̄es diffinitiones nō sinonime q̄s ip̄emet approbat et approbare tenetur: ergo sn̄ ꝓposito et apparētia illud negauit postꝙ nulluꝫ sequitur ad id inconueniens et certe valde turpe est dialectico asserere aliquid esse impossibile ex quo aliquam repugnantiam sequi non ostendat.

¶ Contra istas diffinitiones multipliciter arḡ primo sic hoc aggregatum iste terminus hō significat oēs homines explicat naturā illius termini homo et non est diffinitio eius ergo diffinitio mala. Dices sicut dicēdū est negādo cōsequētiā: qꝛ ad hoc ꝙ inquit sit diffinitū alicui⁹ nō sufficit ꝙ explicet naturā illi⁹: sed cū hoc opꝫ ꝙ cum illo conuertatur modo illud aggregatum non conuertitur cum illo termino homo: nam de sorte verum est dicere hoc est homo tn̄ falsum est dicere hoc est iste terminus homo significans omnes homines vt notum est.

¶ Contra hoc arguitur hoc aggregatū ēs ꝯpositū ex incōpossibilibus est diffinitio illius termini chimera et non conuertitur cuꝫ illo termino chimera: ergo illud non oportet/maior est nota: quia si cōmuniter diffinitur ille terminus chimera et minor probatur non: de quocunqꝫ verificatur vn⁹ illorū terminorū verificatur alter: ergo nō sunt conuertibiles.

¶ Ad hoc argumentum responsum est vsqꝫ ad hanc replicam ad quam nego minorem: et ad probationem nego consequentiā nā illud non requiritur ad hoc ꝙ aliqui termini sint

conuertibiles sed reqritur ꝙ de nullo possit verificari vnus illorũ quin alter possit veri-
ficari mediante simili copula.

¶ Contra istã solutionẽ arguitur. vna conditio requisita ad bonã diffinitionẽ nõ cõuenit illi aggregato: ergo male cõcessũ est ꝙ sit diffinitio illiꝰ termini chimera añs probatur. nõ explicat significatũ illius termini chimera. Igitur vna conditio deficit illi antecedens ꝓbatur. nullum est significatum illiꝰ termini chimera ergo non explicat significatũ illius.

¶ Ad hanc replicã respondetur negãdo añs et ad probationẽ negatur añs ⁊ ad probationẽ negatur ꝯña: nã ad hoc ꝙ aliquid explicet significatũ alicuiꝰ termini non requiritur ꝙ illud sit: sed sufficit ꝙ imaginarie sit: qꝛ ly explico ãpliat vsq; ad imaginabilia vt videbitur in ampliationibus similiter nego antecedens: qꝛ vt videbitur in capitulo de significare quodlibet ens mundi est significatũ illius termini chimera.

¶ Secundo principaliter arguitur sic. ly homo est diffinitio et nõ est oratio explicans perfecte naturam diffiniti: ergo ẽ mala illa diffinitio minor est nota: et maior probatur. ly animal rationale est diffinitio: ergo ly homo est diffinitio/ tenet consequentia a conuertibilibus: nam illi duo termini hõ et aĩal rationale couertuntur. Dices sicut dicendum est ad argumentum negando maiorem et ad probationẽ negabis consequẽtiã et ad probationem dices ꝙ lꝫ arguatur a cõuertibilibꝰ non tamẽ arguitur secundum significationem secundum quã sunt cõuertibiles qḋ oportet ad hoc ꝙ consequentia valeat nam illic illi termini accipiuntur ꝓ seipsis: et nõ conuertuntur ſm illã significationem.

¶ Contra hãc solutionem arguitur: illa est vera. ly hõ et ly aĩal rationale conuertuntur: et in illa illi termini accipiuntur secũdũ significationes secundum quas significant seipsos ergo conuertuntur ſm illas significationes.

¶ Et confirmatur ista ratio. hoc aggregatũ animal rationale est diffinitio sortis: et non cõuertitur cum illo termino sortes ergo diffinitio mala/ minor est nota maior probatur: sortes est diffinitũ illiꝰ termini animal rationale ergo ly aĩal rationale est diffinitio illiꝰ añs ꝓbaẗ ẽ diffinitũ remotũ vt dictũ ẽ supius ꝗ est diffinitũ illiꝰ. tenet ꝯña ab iferiori ad supiꝰ

¶ Ad argumẽtũ respõsũ ẽ vsq; ad replicã ad quã nego ꝯñaꝫ rõ est qꝛ illa nõ reddiẗ vera sõ qꝛ hñt illas significatiões ſꝫ ɋs significãt seipsos sꝫ reddiẗ ꝟa. ideo qꝛ hñt alias significationes ſm quas cõuertũtur vtputa qꝛ significat hominẽ: nã certũ ẽ ꝙ si illi termini nõ haberent significatiões ſm quas significant seipsos illa esset falsa.

¶ Ad ꝯfirmationẽ negatur consequẽtia ratio est: qꝛ intelligitur illa particula de diffinito propinquo et nõ de remotoꝰ modo ly sortes est remotum et nõ propinquum.

Tertio principaliter arguitur: si diffinitio diffiniti remoti esset bona sequereẗ ꝙ ille terminꝰ hõ eẽt diffinitũ remotũ illiꝰ diffinitiõis aĩal rationale ꝯñs ẽ manifeste falsũ ꝗ añs et sequela ꝓbatur ẽ res significata ꝑ diffinitũ ꝓpiquũ ꝗ est remotũ: tenet ꝯña ꝑ diffinitionẽ diffiniti remoti et añs probatur: ille terminꝰ hõ significat seipsũ et ille terminꝰ hõ ẽ diffinitũ propiquũ illiꝰ diffinitionis ꝗ est res significata per diffinitũ ꝓpiquũ Dices forte negãdo seqlã ⁊ ad ꝓbationẽ distĩgues añs vel ꝓprie ⁊ sic negabis vel improprie et large sic concedes.

¶ Cõtra hoc arguiẗ volo ꝙ ille terminꝰ hõ iponaẗ ad significãdũ seipsũ: tũc ille terminus hõ erit res significata ꝑ diffinitũ ꝓpiquũ proprie ergo erit remotum.

¶ Propter hoc argumẽtũ alr̃ rñdeo negãdo seqlã ⁊ ad ꝓbationẽ nego ꝯñaꝫ et ad ꝓbationẽ dico ꝙ diffinitio diffiniti rẽoti sic ẽ itelligẽda diffinitũ remotũ est res significata ꝑ diffinitũ ꝓpinquũ scdm illã significationẽ ſm quã est diffinitũ ꝓpinquũ mõ: ly hõ nõ significatur ꝑ diffinitũ propinquũ illiꝰ diffinitiõis ſꝫ significationẽ ſꝫ quã ẽ diffinitũ ꝓpiquũ vt notũ est. ¶ Et si arguas sicut ꝗdẽ ꝯtra diffinitionẽ sic capio mẽtalẽ nõ vltiatã cui subordinaẗ illa vocalis diffinitũ propiquũ illiꝰ diffinitionis cũ ille terminꝰ mẽtalis nõ vltimatꝰ sit naturalis similitudo illiꝰ vocis hõ significabit ipsaꝫ naturalr̃ ꝓprie et tñ illa vox hõ non est diffinitũ remotũ illiꝰ diffinitiõis ergo nõ valuit illa diffinitio. Solutio huiꝰ argumẽti patꝫ ex solutiõe ꝓcedẽtis. vñ negãda ẽ ꝯña: qꝛ esto ꝙ illa vox hõ ɋ est diffinitũ propinquũ significeẗ proprie per talẽ cõceptũ nõ vltimatũ hoc nõ est scdꝫ significationẽ secũdũ quaꝫ talis conceptꝰ est diffinitũ propiquũ qḋ oportet. ¶ Et si replices adhuc albedo ad extra non ẽ diffinitũ rẽotũ huiꝰ diffinitiõis res hñs albedinẽ ⁊ tñ significaẗ ꝓprie ꝑ diffinitũ eiꝰ ꝓpinquũ e significatiõe ɋ ẽ diffinitũ ꝓpiquũ illiꝰ diffinitiõis ꝗ illa diffinitio non valꝫ. ¶ Ad hãc

replicā duob⁹ mōis pōt rñderi. Primo negādo maiorē i sēsu i q̄ mior debet ꝓcedi imo di-
co ꝙ albedo ad extra est diffinitū remotū illi⁹ diffinitiōis saltē min⁹ principale sicut cōce
di tur ꝙ ly album qđ est diffinitum propinquum significat minus principaliter albedinē
⁊ ad probationem illius maioris ly album non potest supponere pro albedine. Distigo
vel secundum se ⁊ sic concedo ⁊ nego consequentiam: vel secundum suum abstractum ⁊
sic nego antecedens: immo ly albedo quod est eius abstractum supponit pro illa qđ suf
ficit. Alio modo rñdetur ⁊ melius concedendo maiorem illius replice ⁊ negādo mino-
rem intelligendo de significatione principali ⁊ dico ꝙ ly albuz solum quodlibet eius qđ
potest esse album significat de significatione principali ⁊ de minus principali significat
albedinem. Et proprius diceretur ꝙ ly album non significat albedinem: sed cōsignificat
hoc est in sua connotatione importat.

¶ De diuisione



Onsequenter videndū est de diuisiōe pro quo est sci-
endum ꝙ diuisio bifariam capitur. Uno modo realiter seu prime inten-
tionaliter vt quando panis diuiditur tunc est ibi diuisio realis ⁊ isto mo
do non capitur in proposito. Alio modo capitur logice seu secunde in-
tentionaliter ⁊ tunc diffinitur sic. ¶ Diuisio est alicuius termini per sua
contenta significationis explanatio: exemplum patet de hac: animalium
aliud rationale ⁊ aliud irrationale: ⁊ sicut ad bonam diffinitionem requiruntur alique
conditiones ita ad bonaz diuisionem. ¶ Prima requisita ad bonā diuisionem solet poni
talis scz ꝙ oīs diuisio debet esse bimēbris que dupliciter exponitur. Uno modo sic: oīs
diuisio debet esse bimembris vel reducibilis ad bimēbrez. Alio modo sic: oīs diuisio de
bet esse bimembris .i. omnis diuisio debet habere ad minus duo membra ⁊ ista exposi-
tio est longe melior altera. ¶ Secunda conditio solet poni tal' ꝙ mēbra diuidentia non
excedāt diuisuz hoc est dictu ꝙ de nullo possit verificari aliqđ membroruz diuidentium
quin de isto possit verificari diuisum mediante simili copula.

¶ Tertia solet poni talis ꝙ diuisum non excedat membra diuidentia .i. ꝙ de nullo possit
ṽificari diuisuz quī de illo possit ṽificare aliqđ mēbroruz diuidētiū mediāte simili copula.

¶ Quarta solet poni talis ꝙ mēbra diuidētia debēt esse opposita q̄ sub aliјs ṽbis ponit̄
sic ꝙ mēbra diuidētia nō debēt coīcidere: ⁊ exponit̄ sic hoc est ꝙ mēbra diuidētia debēt
habere diuersas rationes formales seu diuersos conceptus ⁊ non debet sic intelligi ꝙ
non possint verificari de eodem.

¶ Contra conditiones requisitas ad bonam diuisionem arguitur sic. Ista est bona diui-
sio consequentiarum alia bona que est ⁊ alia mala que est ⁊ tamen vna conditio deficit
illi: ergo ille non requiruntur: minor probatur: diuisuz excedit membra diuidentia igi-
tur vna conditio deficit illi. Antecedens probatur de cōsequentia que erit ⁊ non est: ve-
rum est dicere hoc erit consequentia vt notum est tamen falsum est dicere ꝙ erit conse-
quentia bona que est similiter falsum est dicere hoc erit consequentia mala que est vt pa
tet ex casu igitur. Jam probatur maior illa diuisio conuertitur cum vna bona diuisione:
ergo est bona. Antecedens probatur conuertitur cum ista scilicet consequentiarum alia
est bona ⁊ alia mala ⁊ ista est bona diuisio vt dictum est superius: ergo alia est bona diui-
sio: maior probatur impossibile est dare vnam veram reliqua falsa ergo conuertuntur.

¶ Ad hoc argumentum respondetur negando maiorem ⁊ ad
probationem nego consequentiam, ⁊ dico ꝙ non inconuenit ꝙ ille conuertantur ⁊ ꝙ vna
sit bona diuisio ⁊ alia mala: quia si ille conuertuntur nō conuertuntur in bonitate vel ma
litia diuisionis sed solum conuertuntur in veritate ⁊ falcitate.

¶ Contra hanc solutionem arguitur pro quibuscunq̄ accipiuntur ⁊ supponunt termini
in vna accipiuntur ⁊ supponunt in alia: ergo si est bona diuisio alia erit bona diuisio.

¶ Ad hanc replicam nego consequentiam et dico ꝙ hoc est impertinens bone diui-
sioni.

¶ Contra hoc arguitur sequeretur ꝙ esset dabilis aliqua bona diuisio q̄ est ꝑpositio falsa et impossibilis: sed hoc est falsum igitur sequela probatur ista: est bona diuisio chimerarū alia est b. et alia non b. supposito ꝙ ly b. significet discrete vnam chimeram et est propositio falsa et impossibilis vt notum est igitur.

¶ Ad hoc r̄ndeo ꝯcedēdo seq̄lā et nego minorē: q2 esse falsam propositionem vel impossibilem est impertinens bone diuisioni.

¶ Secundo principaliter arguitur contra easdem conditiões ista est bona diuisio consequentiarum alia bona alia mala/ et tamen diuisum excedit mēbra diuidentia: igitur iste cōditiones non requiruntur: maior est nota minor probatur diuisum verificatur de aliquib9 de quib9 nullū membrorū diuidentiū verificatur ergo diuisum excedit mēbra diuidentia añs probatur demōstratis duabus cōsequentijs ista est vera iste sunt ꝯn̄e dato ꝙ vna illarū sit bona et alia mala tamē falsum est dicere iste sunt cōsequentie bone sil'r falsū ē dicere iste sūt ꝯn̄e male: igitur de aliquibus verificatur diuisuz de quibus nullum membrorum diuidentium verificatur.

¶ Ad hoc argumētū r̄ndetur negando minorem. et ad probationē negat̄ añs et ad probationem distingo ꝙ verificetur diuisuz de illis ꝯn̄ijs quarū vna est bona et alia mala vel in singulari numero et sic nego: vel in plurali et sic concedo nec illud incōuenit. Et si arguas illic diuiditur in plurali ly ꝯn̄a ergo incōuenit ꝙ verificetur in plurali de aliquib9 de quibus nullum membrorum diuidentiū verificatur.

¶ Ad hoc respōdetur negādo añs ratio est q2 illa propositio cōsequētiarum alia est bona et alia mala capitur loco huius oīs cōsequētia est bona vel mala et si ly ꝯn̄a diuideretur in plurali illic notum est ꝙ esset mala diuisio: ideo oportet dicere ꝙ capitur in sensu dicto scz vt est vna cathegorica de disiuncto extremo: et proportionabiliter debet intelligi quelibet diuisio que dabitur in terminis vel in summulis.

¶ Contra solutationem argumēti arguitur cōcessum est ꝙ nullū mēbrorū diuidētiū verificatur de illis cōsequentijs quarū vna est bona et alia mala et hoc est falsum igitur solutio nulla. Minor ꝓbat̄ ista ē vera: iste sūt ꝯn̄e male ⁊ ly ꝯn̄e male est vnum mēbrorū diuidēs ergo aliqͦd mēbrorū diuidētiū verificatur de illis Maior probat̄: iste cōsequētie sūt non bone ergo sūt male tenet ꝯn̄a a termīo infinito ad terminū priuatiuū et añs probat̄ iste cōsequētie nō sunt bone et sunt ꝯn̄e ergo sunt nō bone. tz ꝯn̄a a negatiua ad affirmatiuaz predicato variato penes finitum et infinitum posita constantia.

¶ Ad hāc replicā r̄ndetur negādo minorē et ad probationē negatur maior et ad probationem maioris negatur consequentia et ad probationem concedo ꝙ arguatur a termino infinito ad terminum priuatiuum: sed dico ꝙ raro valet illa ꝯn̄a in plurali imo in singulari adhuc nō valz: tn̄ā nō sequit̄ hoc lignū est nō videns ergo est cecum.

¶ Tertio principaliter arguitur. Ista est bona diuisio diffinitorum aliud propinquū aliud remotū ⁊ illi deficit tertia conditio: igitur ille non requirūtur Maior probatur diuisū excedit mēbra diuidentia: ergo deficit illi tertia conditio. Añs ꝓbat̄ diuisū verificat̄ de [illegible] de q̄ nulum membroꝝ diuidētiū v̄ificat̄ ḡ diuisū excedit mēbra diuidētia. Añs ꝓbatur de diffinito quod nō est nec erit verū est dicere hoc potest eē diffinitum tamen falsum est dicere hoc est propinquū vel remotū igitur de aliquo verificatur de quo nullū membrorum diuidentium verificatur.

¶ Ad hoc argumentum respondetur negādo minorem et ad probationem negatur añs: iterum ad probationez negatur ꝯn̄a ratio est/ q2 non capis similem copulā copule propositionis in qua verificatur diuisum qͦd oportet ad hoc ꝙ diuisum excedat membra diuidentia et debes sic facere verificationem per membra diuidentia hoc potest esse diffinitū propinquū vel remotū. et si ita facias notum est quod illa est vera.

¶ Contra hanc solutionem arguitur illud diuisum verificatur de quolibet diffinito et nullū mēbrorū diuidētiū verificatur dͦ q̄lz diffinito ḡ de aliq̄ v̄ificat̄ diuisū de q̄ nullū mēbrorū diuidētiū verificat̄. Maior probatur quocūq3 diffinito demōstrato verum est dicere hoc est diffinitum ergo de quolibet verificatur illud diuisum ad minus in potentia propinqua iam probatur minor ly diffinitum propinquū nō verificatur de quolz nec ly diffinituz remotum nō verificatur de q̄lz diffinito et tn̄ ō ē aliud membrū diuidens ab aliquo illorū ergo nullum membrorum diuidentium verificatur de quolibet diffinito.

¶ Ad hanc replicaȝ respōdet negādo cōsequētiam quiā ad habendum intentum oporte-
ret assignare aliquod certum suppositum de quo verificatur diuisum ⁊ nullū membro
rum diuidentium verificaretur de illo modo certū est ꝙ nullum assignatur.

¶ Sequitur de ly significare.



PRimo elenchoruȝ capite phūs inquit ignoratis terminorū significātis de facili paralogisamur. Et ignorato quid sit significare illas intelligere neqm⁹ ideo q̇d sit significare aperiem⁹ ly significare sic solet diffiniri. Significare est rep̄sentare potētie cognitiue aliquid vel aliqua vel aliqualiter. Dicit notāter potētie cognitiue ⁊ non intellectiue: q̄ aliqui termini bene representant brutis tñ bruta non habent potētiā itellectiuā sed cognitiuā. Dicit notāter aliquid ꝓpter terminos singularis nūeri nō collectiuos vt sunt isti sortes homo ⁊ sic de alijs. Dicit aliqua ꝓpter terminos collectiuos ⁊ ꝓpter terminos pl'alis nūeri vt sunt isti populus homīes ⁊ sic de alijs. Dicitur aliqualiter propter sincathegoreumata vt sunt ista oīs non: ⁊ sic de alijs.

¶ Circa istam distinctionē dubitat primo quid sit representare/ ad hoc respōdet ꝙ rep̄sentare est facere cognoscere aliq̄d vel aliq̄ vt aliqual'r ⁊ p elucidatiōe hui⁹ materie est aduertēdū ꝙ quadriffariā dicit aliq̄d rep̄sentare. Uno modo obiectiue ⁊ nihil aliud est ꝙ esse obiectū quo mediāte causat noticia vel actus intelligēdi ⁊ isto mō quodlibet ens mundi dicit rep̄sentare q̄ quodlȝ ens mūdi potest esse obiectū ad ꝓductionē noticie suiꝑ si⁹ Scḋo mō dicit aliquid rep̄sentare affectiue ⁊ nihil aliud est ꝙ esse causaȝ efficiētē noticie vel actus intelligendi ⁊ isto mō anima nostra dr̄ representare effectiue. Tertio mō dicit aliquid representare formaliter ⁊ est esse noticiā vel actū intelligendi: ⁊ isto mō termini mentales dicūtur representare. Quarto modo dicit aliq̄d rep̄sentare instrumētaliter: ⁊ est esse instrumentum quo mediante causatur noticia vel actus intelligendi: ⁊ isto modo dicuntur representare termini vocales ⁊ scripti in omnibus istis diffinitionibus. Posui illam particulam noticia propter cathegoreumata ⁊ illā particulam actus intelligendi ꝓpter sincathegoreumata. Nec posui illam particulam actus intelligendi superfluam in diffinitione de ly representare obiectiue: nam ly homo ⁊ ly animal sunt obiecta i ista oīs homo est animal mediantibus quibus causatur actus intelligendi de ly omnis ⁊ de ly est secundum enim omnes logicos ⁊ inferius declarabitur sincathegoreumata habent cathegoreumata pro obiectis hoc dixerim ꝓp aliquem modernum paruū in artib⁹ excitatum qui in suis importatis asseruit illam particulam superfluam positam a me. Idē etiam modernus credit ꝙ quomodo diffinitur aliquis terminus quicquid illic ponitur est diffinitio vel pars diffinitionis aut diffinituȝ ⁊ ideo dicit ꝙ ly nihil aliud quod posui est superfluum ⁊ si istud argumentum valeret sequeretur ꝙ ly est ponitur superflue quomodo dicimus homo est animal rationale: quia non est pars diffinitionis aut diffiniti sed danda est illi venia quia nunc incipit gustare logicalia ⁊ verba dicunt aptitudineȝ in potentia ꝓpinqua non solum in istis diffinitionibus sed in omnibus alijs dandis.

¶ Dubitatur secundo quid est significare aliqualiter ad hoc dubiuȝ respondet aliquis in suis terminis ꝙ significare aliqualiter est exercere aliquod officium supra aliquē terminū scȝ cōfundere/ distribuere ⁊ sic de alijs: sed hec diffinitio nō vȝ: q̄ ꝓpositio de significatiōe totali significat aliqualiter secūdū ipsuȝ ⁊ etiā s̄m cōmunem modū tñ nō exercet aliq̄d officiū supra aliquē terminū vt pȝ itueti igit multis alijs modis possem impugnare illā diffinitionē sȝ ꝑ nūc breuitatis causa missa faciem⁹. Quidā in suis ꝓgymnasmatib⁹ dupliciter nitit saluare talē diffinitionē. Dicit primo ꝙ solū diffiniebat modū significandi aliqualiter simplicē vt dicit patere ex suis dictis: sed poti⁹ opꝫ positū ptȝ ex dictis ei⁹ postꝙ tractat'in eodem capite tā de significatiōe cōplexa ꝙ incomplexa neq̧ aliā diffinitionē posuit. Dicit secundo ꝙ est dubium aut propositio significat aliqualiter: sed hoc nō erat dubiū suo p̄ceptori qui expresse illud tenet neq̧ alicui alteri debet eē dubiū cū ex opposita opiniōe ꝙ postea dicet fuisse Hieronimi pardo sequat aliquē terminū significare aliq̄ ꝑ q̄bus nō potest supponere ⁊ nō est defect⁹ ex ꝑte cōnotationis q̄d apd̄ oēs logicos iconuenit. Ideo aliter ad dubiū respōdet diffiniēdo ly signi-

ficare aliqualiter sic est denotare rem vel res taliter se habere vel rem vl'res nõ taliter se hre. Pria particula ponitur propt sincathegoreumata incomplexa τ ppter ppositiones affirmatiuas. Secũda particula ponit ppter propositiones negatiuas. Nec ex ista diffinitione sequit quelz terminũ significãtẽ aliqualiter esse ppositionẽ (vt ille iquit) qr mod9 significãdi propõnis lõge diuersus est a quolibet. Alio mõ significãdi aliquali cũ modus significãdi ppõnis sit cõplexus τ consurgens ex significationib9 partiũ (τ vt verbis pbl'i vtar in primo capite primi piarmenias) quelz talis significatio est cõpositiua vel diuisiua significatio vero alioꝝ sincathegoreumatũ est simplex τ icõplexa: τ hec est differẽtia quã Progymnasmator ille nõ vidit. Et est aduertẽdũ ꝙ significare capit dupliciter. Uno modo large τ isto modo capit in diffinitione data. Alio modo capit stricte τ tũc solet sic diffiniri. Significare est rep̄sentare potẽtie cognitiue aliqd vel aliqua vl'aliqualiter aliud a se τ a sibi sili τ a suo prolatore sed an ista diffinitio valeat videbit per vnũ argumentum.

¶ Cõtra diffinitionẽ de ly significare multipliciter arguit primo sic alicui cõuenit diffinitũ cui nõ cõuenit diffinitio ergo illa diffinitio est mala: añs probat τ suppono ꝙ ly currit sit termin9 incõplex9 sicut pbl's tenet in secũdo capite p̄dicamẽtorũ τ in tertio capite p̄mi perhiarmenias tũc capio terminũ mentalẽ cui subordinat ly currit in hac p̄positione sortes currit / ille terminus mẽtalis significat τ nõ representat aliqd vel aliqua vl'aliqualiter igitur alicui ꝯuenit diffinitũ cui nõ cõuenit diffinitio: maior est nota τ minor pbat si rep̄sentaret maxime representaret aliquid vtputa sortẽ currentẽ sed hoc nõ: igit: minor pbatur representat aliqualiter: ḡ nõ representat aliquid: tenet cõsequẽtia: qr sequeret ꝙ i mẽte vltimata esset equiuocatio qđ oẽs negãt: añs pbatur vnit seip̄m cũ alio vtputa cũ subiecto ergo significat aliqualiter τ si cõcedas ꝙ significat aliqualiter pbo ꝙ nõ: significat aliquid ergo nõ significat aliqualiter: añs pbatur τ volo ꝙ sortes currat tũc representat sortem currẽtem τ sortes est aliquid: ergo representat aliquid. Maior pbat illa propositio est vera. ergo predicatũ supponit p illo p quo supponit subiectũ postꝙ est extra instantias τ predicatũ est ly currit: ergo ly currit supponit pro sorte τ vltra sequitur ꝙ significat sortem ab inferiori ad superius.

¶ Sed ad hoc argumentũ respõderet aliqs negando añs ad pbationẽ admissa ypothesi negaret minorẽ τ ad pbationẽ diceret cõcedẽdo sequelã τ negãdo minorẽ τ ad probationẽ negaret ꝯsequẽtiã / τ ad probationẽ negaret ꝙ propterea esset equiuocatio in mẽte vltimata. qr nõ significat de significatione totali / sed solum de partiali modo ad hoc ꝙ aliquis terminus sit equiuocus oportet ꝙ habeat plures significationes totales vt videbit et non sufficit ꝙ habeat plures partiales. Contra istam solutionem arguitur supponendo ꝙ loquamur de significatione totali: tunc ille terminus currit in illa mẽtali sortes currit significat τ non representat potentie cognitiue aliquid vel aliqua vel aliqualiter ergo diffinitio nulla. Maior est nota τ minor probatur qua ratione significaret aliqualiter / significaret aliquid: τ sic haberet duas significationes totales postꝙ procedimus de significatione totali τ per consequens in mente vltimata esset equiuocatio: ꝙ qua ratione significaret aliqualiter: significaret aliquid. Probatur: nam sicut vnit seipsum cum alio ita representat sortem vt probatum est in argumento ergo qua ratione significaret aliqualiter significaret aliquid.

¶ Propter hanc replicam aliter respondeo ad argumentum admissa ypothesi que rationabiliter non valet negari vt videbitur in locis allegatis precipue in capitulo de verbo concedendo ꝙ illa diffinitio non valet et dico ꝙ oportet addere vnam particulam ad illã diffinitionem ita ꝙ sic debet diffiniri ly significare.

¶ Significare est rep̄sentare potẽtie cognitiue aliquid vel aliqua vel aliqualiter vl'aliqd aliqualiter vel aliqua aliqualiter et ly aliquid aliqualiter ponitur propter ly currit et similia verba τ ly aliqua aliq̃liter ppter ly currũt in plurali τ propter similia verba vnde ly currit de significatiõe totali nõ significat aliquid neq3 aliqua neq3 aliqualiter s3 sig̃at aliquid aliqualiter: sed de ista difficultate lati9 videbit in capite de termino cõplexo τ in cõplexo vbi videbuntur mirabilia correlaria q̃ sunt cõcedẽda tenẽdo istã oponionem pbl'i τ Petri hispani. Idem argumẽtu3 potest fieri cõtra diffinitionẽ de ly significare stricte. Et pari forma cõcludit ꝙ illa diffinitio non valet sed oportet addere illas particulas quas addimus diffinitioni de ly significare.

Secundo p̄ncipaliter arguitur. Iste terminus chimera significat ⁊ nō rep̄sentat potētie cognitiue aliq̄d vl' aliqua ⁊c. ergo diffinitio mala. Maior ꝓbatur: est termin⁹ ꝓprie ergo significat. Minor ꝓbatur: si representaret maxime rep̄sentaret chimeram sed hoc non igitur minor ꝓbatur sequitur bene chimera representat chimerā: ergo chimera representat̄ ꝯn̄s est falsum: ergo ⁊ an̄s. Maior ꝓbat̄ arguitur ab actiua ad passiuā: igit̄ minor ꝓbatur sequitur bene chimera representat̄: ergo chimera intelligit̄: ⁊ ꝯn̄s est falsum ergo ⁊ an̄s. Maior ꝓbatur: arguitur a cōuertibilib⁹: ⁊ minor ꝓbatur nullū impossibile est intelligibile chimera est quoddā impossibile: ergo chimera non est intelligibilis ⁊ per cōsequens non intelligitur.

Ad hoc argumentum respondet aliquis distinguēdo istā scʒ nullū impossibile est intelligibile vel itelligitur de ipossibili iplicāte cōtradictionē: ⁊ sic negat illam/ vel intelligitur de impossibili explicāte cōtradictionē ⁊ sic cōcedit illā ⁊ negat minorē: vn̄ ipossibile explicās cōtradictionē dicit̄ illō qō formalit̄ i se cōtinet duo ꝯtradictoria vt est ista copulatiua sortes currit ⁊ sortes nō currit. Impossibile iplicās cōtradictionē dicit̄ esse illud ad qō sequūtur duo cōtradictoria ⁊ sic quodlibet impossibile dicit̄ iplicare cōtradictionē sed nō qōlibet impossibile explicat cōtradictionē. Alij aliter diffiniunt ly impossibile implicās cōtradictionē ita ꝙ nolūt cōcedere ꝙ vnū ⁊ idē impossibile implicet ⁊ explicet cōtradictionē sʒ hoc mere ad nomē consistit. Aliter vero respōdet quidā modern⁹ in suis terminis distinguēdo de possibili vel de impossibili ad qō itelligi seq̄tur cōtradictio ⁊ sic cōcedit: vel intelligēdo vniuersaliter de q̄libet ⁊ sic negat.

¶ Sed impugnatur vnico argumēto vtraq̄ istarum solutionū in vtroq̄ illoꝝ sensu illa ē falsa: ergo vtraq̄ solutio nō valet. An̄s probat̄: ista est vera quodlʒ impossibile est itelligibile intelligēdo indifferenter de quolʒ impossibili ergo altera est falsa. An̄s ꝓbatur quocūq̄ impossibili dato illud significatur per illū terminū impossibile ⁊ vltra a conuertibilibus seq̄tur ꝙ intelligitur vltra sequitur ꝙ est intelligibile ⁊ per ꝯn̄s sequitur ⁊ quodlibet impossibile est intelligibile. Multis alijs modis possem istas solutiones ipugnare: sed ꝓ nūc ista sufficiūt. Sed in vno sensu bn̄ pōt saluari scʒ ꝙ ly ipossibile capiat̄ de loco ly nō possibile, supposito ꝙ ly nō infiniret s̄m exigentiā contradictionis: ita ꝙ sit sensus nullū nō possibile est intelligibile. i. nihil quod non imaginarie est possibile est intelligibile.

¶ Ideo aliter respondetur ad argumentum negando minorē ⁊ ad ꝓbationē nego iterū minorē ⁊ ad ꝓbationē cōcedo illā, chimera rep̄sentat̄ ⁊ nego ꝙ sit falsa. ⁊ ad ꝓbationem nego minorē et ad ꝓbationē nego illā simplicit̄ nullū ipossibile est itelligibile similit̄ nego illā/ chimera est quoddā ipossibile: nā vt ꝓbatū est/ illa est falsa simpliciter. s. nullū impossibile est intelligibile.

Tertio p̄ncipaliter arguitur: iste terminus chimera rep̄sentat potentie cognitiue aliquid ⁊ non significat/ igit̄ diffinitio mala. Minor ꝓbat̄: si significaret maxime significaret chimerā sed hoc nō igit̄: minor ꝓbat̄: q̄ chimera non potest esse: ergo non significat chimeram.

¶ Dices forte sicut dicendū est negādo istā vltimā cōsequētiā: q̄ ly significat āpliat vsq̄ ad ymaginabilia ⁊ nō oportet ad hoc ꝙ ly chimera significet aliq̄d ꝙ illud scilicet sufficit ꝙ illud ymaginarie sit.

¶ Contra hoc arguit̄ sequeretur ꝙ ly chimera quodlibet ens mūdi significaret sed hoc est falsuʒ: igitur sequela ꝓbat̄: aliq̄d qō ymaginarie est ly chimera significat ⁊ qōlibet ens mūdi est aliquid qō imaginarie est: ergo quodlʒ ens mundi ly chimera significat. Tenet ꝯn̄a: q̄ non est maior ratio de vno ꝙ̄ de alio: iam ꝓbatur ꝙ illud sit falsum sequeretur ꝙ cōuerteret̄ cum illo termino ens. Consequēs est falsum: igitur sequela probatur: significat omnia entia mundi sicut ly ens ergo conuertitur cum illo termino ens.

¶ Ad hoc argumentū responsum est vsq̄ ad hanc replicā ad quam cōcedo sequelam ⁊ nego minorem ⁊ ad probationem nego sequelam: ad probationem nego consequentiā: naʒ ad hoc ꝙ aliqui termini sint conuertibiles non sufficit ꝙ significent idē sʒ cū hoc oportet

ꝙ de nullo possit verificari aliquis eorum q̄n alter possit verificari mediante simili copula vt videbitur inferius. Instantia patet de istis duobus terminis sortes et sortes qui est sortes qui significant idem adequate: non tantum sunt conuertibiles vnde ille terminus ens potest verificari mediante copula de p̄nti de quolibet ente: nō t̄n ly chimera.

¶ Contra istam solutionem arguitur / sequeretur si ly chimera quodlibet ens mundi significaret ꝙ posset verificari de quolibet ente postq̄ quodlibet ens mundi est et per consequēs cōuerteretur cum illo termīo ens. Item etiā sequeretur ꝙ esset dabilis aliqua vniuersalis que nullā posset habere singularem. Consequens est falsum: igitur sequela probatur ista vniuersalis / oīs chimera ymaginarie est chimera non habet nec valet habere singularem: igitur. aña probatur. si haberet aliquā maxīe haberet istā / ista chimera ymaginarie est chimera: sed illa nō est singularis igitur minor ꝓbatur subiectū non est termin⁹ discretus nec supponit discrete ergo non est propositio singularis. Añs probatur. q: siue sit subiectum ly chimera siue ly ista chimera semper potest verificari de plurib⁹ nam quocunq; ente demonstrato ista est vera hoc ymaginarie est ista chimera.

¶ Ad istas replicas respondetur ad primam negando sequelā: ratio est / q: cognotatio de ly chimera deficit cuilibet enti in ordine ad copulam de presenti.

¶ Ad secundam replicam respondeo concedendo illatum: et nego minorem.

¶ Contra istam solutionem arguitur: sequeretur ꝙ quilibet terminus mundi esset terminus communis in ordine ad copulā de imaginario ꝯñs est falsum igitur: sequela probat: q̄ lz termin⁹ pōt verificari in ordīe ad copulā de ymaginario de q̄lz ente ḡ q̄lz est cōmunis

¶ Ad hanc replicā respondetur concedendo sequelā et negando minorē: modo concedo ꝙ nullus est terminus singularis in ordine ad illā copulam: Et si petas mediante q̄ conceptu ly sortes significat omnia entia mūdi in ordine ad copulā de imaginario: dico ꝙ mediante conceptu discretiō sortis.

¶ Circa p̄dicta dubitat̄. Primo qualr̄ fuit causatus cōcept⁹ chimere: ad hoc dico ꝙ fuit causatus a reb⁹ possibilib⁹ īpossibili tamē modo imaginatis: ita ꝙ ly chimera significat aliquid cognotādo ꝙ habeat caput draconis vētrē muliebrē et caudā bouinam et sic de alijs. Alij aliter dicunt: sed oēs bene dicunt ratio est: q: siue dicatur vno modo siue alio semper habetur intentio logicorū: nā logici solū pretendūt ꝙ ly chimera significat aliq̄d ꝓ quo nō pōt supponere nisi in ordīe ad copulā de imaginario et quilibet pro libito potest imaginari similes cōpositiones.

¶ Dubitatur secundo qualiter significent termini in ordine ad copulam de imaginario: ad hoc dico ꝙ si sint in mente naturaliter si in voce vel scripto ad placitum.

¶ Dubitatur tertio an ly chimera significet oīa entia mūdi in ordine ad alias copulas q̄ de imaginario: ad hoc dico ꝙ sic nō tamē ideo potest pro illis supponere ordīe ad alias copulas q̄ de imaginario: rō est q: cognatio illius nullis pōt cōuenire nisi in ordīe ad copulam de imaginario.

¶ Et si petas quare potius ly chimera significat oīa entia mūdi in ordīe ad copulam de presenti q̄ ly sortes. Ad hoc dico ꝙ ratio est q: ly chimera fuit impositū a logicis ad significandum oē illud qd̄ ymaginarie pōt eē chimera: et ille termin⁹ sortes non totaliter fuit impositus: sed precise fuit ipositus ad significandū oē illud quod pōt eē sortes: et ideo q̄n ly sortes capit̄ in ordīe ad copulā de imaginario distrahit̄ a sua ꝓpria significantia et non ly chimera.

¶ Quarto principaliter arguitur: quicquid significat aliqua

significat aliquid: ergo superflue ponitur illa particula in diffinitione de ly significare. Antecedens probatur: si esset aliquis termin⁹ qui significaret aliqua et non aliquid maxime esset ille terminus populus. sed ille terminus significat aliquid: igitur diffinitio mala. Minor probatur dupliciter. Primo sic ille terminus significat aliquos homines: admouendo vnum adhuc significabit reliquos admouendo iterum vnum adhuc significabit residuos et sic consequenter vsq; ad vnum: igitur. Secundo probatur sic: ille termin⁹ significat omne illud quod potest esse populus et vnus homo potest esse populus ergo significat aliquid ꝙ vnus potest esse populus probatur: volo ꝙ sorte mānente in isto loco accipiat deus decimam partem materie sortis et cum anima sortis faciat vnum homi

De ly significare.

nem postea accipiat secũdam/decimã eadẽ anima ⁊ formet vnũ aliũ hominẽ ⁊ sic ꝯñr vsq̃ ad decẽ tũc in tali casu sortes est ppl'S et est vnus homo:igitur. Et confirmatur ista ratio: quicquid significat aliquid significat aliqua:ergo illa particula est superflua. Añs proba tur:si esset/aliquis terminꝰ qui significaret aliquid ⁊ nõ aliqua maxime esset ly homo ex ponẽdo negatiue ly maxime:sꝫ hoc nõ igit̃. Minor ꝓbat̃/ille terius significaret materiã et formam ⁊ materia ⁊ forma sunt aliqua:ergo significat aliqua.

¶ Et cõfirmatur secũdo:quicũq̃ terminus significat aliqualiter significat aliquid:ergo su perflue ponitur illa particula aliqualiter. Antecedẽs ꝓbat̃:si aliquis terminus significa ret aliqualiter ⁊ nõ aliquid esset ly nullus sed ly nullus significat aliquid:ergo añs. Mi nor probat̃ ly nullꝰ sig̃at seipsum ⁊ ipsummet est aliquid:ergo significat aliquid.

¶ Pro solutione argumenti ⁊ prime cõfirmationis est sciendũ ꝙ significare aliqua in pro posito nõ est significare aliqua etiã sed est significare aliqua entia nõ cõstituentia vnum ⁊ posse pro illis separatis supponere:ita ꝙ demõstrãdo talia entia separata ista sit vera/ista sunt hõ vel ista sunt populus ⁊ sic de alijs. Et q꞉ demõstrando decẽ hoĩes nõ cõstituẽtes vnũ ista est vera isti sunt populus ⁊ ista est falsa isti sunt hõ.ideo ly homo dicitur significa re aliquid ⁊ ly ppl'us dicitur significare aliqua:intellige hoc dũmodo talis terminꝰ pos sit supponere:q꞉ in talibus diuersimode est iudicandũ. Isto supposito facile est respõde re ad argumentũ vnde nego añs ⁊ ad ꝓbationẽ nego minorẽ:si ly significare aliquid ca piatur ad sensum diffinitionis:nã capit̃ opposito mõ ad ly significare aliqua ⁊ ad proba tionem primã distinguo ꝙ amouẽdo vnũ significabit reliquos vel illi sunt plures q̃ decẽ et sic cõcedo vel sunt decẽ ⁊ sic nego. Et si dicas ꝙ nõ est maior rõ ꝙ amouẽdo ab vndecim vnũ adhuc significaret reliquos:nõ tamen amouẽdo a decẽ nego illud ⁊ dico ꝙ rõ est:q2 tunc adhuc manet numerus requisitꝰ ad ppl'm nõ tñ amouẽdo a decẽ:q꞉ numerꝰ denari us est numerus requisitus ad ppl'm. Ad aliã probationẽ cõcedo ꝙ vnus homo potest es se ppl'S supernaturaliter loquẽdo/nõ tamẽ naturaliter ⁊ distinguo ꝙ ly ppl'S significet ali quid vel aliq̃d.i.aliquod ens ⁊ sic cõcedo:vel ly capitur opposito mõ ad ly significare ali qua ⁊ sic nego. Quidam modernus aliter diffiniuit ly significare aliqua ⁊ ꝯñr cõcedit ali quas conclusiones q̃ nõ sunt digne impugnatione motus ꝓpter aliquod argumentũ qđ nullꝰ valoris est:nã assumit vnũ probandũ ꝙ non ꝓbat scꝫ ꝙ quilꝫ talis terminꝰ signifi cat plura quorum q̃dlꝫ significat et ƒm phl'z dato vno incõueniẽti sequuntur plura et con sequenter incidit in multa inconuenientia que ipsemet infert.

¶ Ad primã confirmationẽ distinguitur añs:scꝫ quicũq̃ terminꝰ significat aliquid signifi cat aliqua:vel ly significat aliqua tñ vꝫ sicut significare aliqua entia ⁊ sic transeat et nego ꝯñam:vel capit̃ in sensu dicto ⁊ sic nego illud nec in illo sensu ꝓbatur:sed solum in alio.

¶ Ad secundã cõfirmationem distinguo ꝙ ly significare vel capit̃ large et sic cõcedo añs et nego ꝯñam.nã cũ hoc est dabilis aliq̃s terminꝰ ƒm aliquã significationẽ scđm quã non significaret aliquid nec aliqua:⁊ ideo operepreciũ est ponere illã particulã vel capit̃ stri cte ly significare ⁊ sic nego añs ⁊ nego ꝙ ly nullus significet aliquid stricte sed solum lar ge et improprie significat seipsum vtputa naturaliter communiter.

¶ Contra istam solutionem arguitur concessum est ꝙ ly nullꝰ significat aliqualiter ⁊ hoc est falsum:igitur. Minor probatur sequitur bene/ly nullus significat aliqualiter ergo ali qualiter significatur per ly nullus ⁊ consequens est falsum:ergo et antecedens ꝙ sequa tur bene patet:quia arguitur ab actiua ad passiuam:et ꝙ consequens sit falsum probo/ est vna affirmatiua in qua extrema non supponunt pro eodem:nam ly aliqualiter nõ po test esse extremum significatiue sumptum et per consequens tenet̃ materialiter:et sic nõ supponunt pro illo pro quo supponit predicatum.

¶ Ad hoc respondetur negando minorem et ad probationem nego ꝙ bene sequatur/et ad probationem dico ꝙ ab actiua ad passiuam non valet consequentia quando virtus il lius verbi precise cadit supra aliquod aduerbium.

¶ Circa materiam prime confirmationis dubitatur:an ly homo representet materiam. Mouetur istud dubium propter quendam qui in suis progymnasmatibus tenet ꝙ sic: licet confuse. Ex eo ꝙ est pars illius quod directe representat. Itidem dicit de ly angeli ĩ plurali ꝙ quemlibet angelum representat.

¶ Contra istum ostendo duo. Primo falsitatem in suis dictis. Secundo ꝙ sibimet contra

dicat in eodem capitulo. Ad primũ sic arguo dupliciter. Primo sic: representat ille termi
nus mentalis homo materiã sicut ⁊ hoiem: ergo postꝙ est incõplexus et absolutus hoc
erit propter aliquẽ conuenientiam essentialẽ reperibilẽ inter illa duo: sed maiorẽ cõue-
nientia essentialis inter hominem ⁊ quodlibet aliud animal ꝙ inter sortẽ ⁊ materiam: er
go si representat materiã representabit asinũ ⁊ quodlibet aliud aial: quod est inauditum
Prima cõsequẽtia est nota apud oẽs logicos: nã in terminis incõplexis potẽtibus suppo
nere nõ est alia causa quare potius vnus terminus representat aliqua ⁊ nõ alia nisi ꝙ oia
significata talis termini cõueniũt vel possunt cõuenire in aliqua cõuenientia in qua non
possunt alia conuenire: ꝙ magis cõueniat homo cũ quodlȝ aiali ꝙ cum materia. Claruȝ
est qꝛ cõueniunt in aialitate ⁊ sensibilitate ⁊ in multis alijs que nõ possunt cõuenire ma-
terie. Secũdo arguitur ad idem non potest ille terminus supponere pro materia: esto ꝙ
materia sit vnum ens: ergo nõ representat materiã. Cõsequẽtia est nota quãdo illud non
ꝓuenit ex defectu cõnotationis. Notãter dixi/esto materia maneat vnũ ens. quia si mate
ria ⁊ forma sint diuisa nõ suppponit ly homo ꝓ illis esto significet illa. Jam ostendo ꝙ si-
bi contradicat: nã sequẽti colũna dicit nõ opȝ ꝙ quilibet termin⁹ significans aliqua signi
ficet aliquid vt patet de ly angeli: ⁊ subdit correlariũ ꝙ significare aliquid nõ est aliquam
rem representare seu dare intelligere nam ly angeli (vt dicit) bene dat intelligere aliquaȝ
reȝ nõ tamẽ significat aliquid. Et ꝙ in his sibi repugnet probo: bene sequitur ly angeli re
presentat aliquid per ipsum: ergo significat aliquid ꝙ negat. Cõsequentia probatur: quia
arguitur a cõuertibilibus ⁊ in eodẽ capitulo in solutione primi argumẽti cõtra diffinitio
neȝ de ly significare expsse dicit ꝙ ly ⁊ repñtare significare sunt termini sinonimi vel saltẽ
conuertibiles: ergo si primũ concedit debet cõcedere aliud. Item in capitulo de diffini-
tione dicit se probaturum ly homo significare formã sicut ly ⁊ materiam quod postea nõ
probauit: sed tacuit. Cõtra quod similiter potest argui sicut superius: quia maior est con-
uenientia inter angelũ ⁊ formam rationalem ꝙ inter hominem ⁊ suam formaȝ: ergo si si-
gnificat animã: significabit quemlibet angelũ ꝙ angelus ⁊ anima magis conueniant. Ptȝ
quia vtrumꝗ est substantia indiuisibilis ⁊ incomponibilis.

¶ Quinto principaliter arguitur aliquis terminus significat
aliquid qd nõ representat potẽtie cognitiue: ergo diffinitio mala. ãtecedẽs probatur: ille
terminus lapis significat lapidẽ existẽtẽ in ꝓfundo maris ⁊ lapis existens in ꝓfundo ma-
ris nõ repñsentat aliqd potẽtie cognitiue g̃ sigat aliqd qd nõ representat potẽtie cognitiue
¶ Ad hoc argumentũ respondetur distinguẽdo añs vel ly quod capitur in accusatiuo ⁊ sic
negatur vel capitur in nominatiuo ⁊ sic cõceditur ⁊ negatur ꝯña: vnde quãdo capit̃ in no
minatiuo sensus illius propositionis est iste aliquis terminus significat aliquẽ rem ⁊ illa
res ad extra nõ repñsentat ⁊ iste sensus est ver⁹ vt notũ est qñ capitur in accusatiuo sensus
est aliquis terminus significat aliquam rem ⁊ eandem rem idem terminus non representat et iste sensus est falsus ⁊ impossibilis.

¶ Contra istam solutionẽ argui͂t dabilis est aliquis terminus qui significat aliquid quod
nõ representat potẽtie cognitiue capiẽdo ly qd in accusatiuo: igitur solutio nulla. Añs p
bat̃ hoc totũ aliqud qd impossibiliter significat̃ per ly aliquid sigat aliqd qd non repñtat
potẽtie cognitiue: igitur. Antecedẽs probat̃ precise significat illa que non possunt signifi-
cari per talem terminum: igitur significat aliquid quod nõ representat potẽtie cognitiue
¶ Ad hanc replicam respondetur negãdo añs ⁊ ad ꝓbationẽ nego iterũ añs. immo dico
ꝙ precise significat illa que possibiliter significantur per ly aliquid.

¶ Et pro enucleatione huius solutionis est notãdum pro talibus terminis ꝙ significatio
talium terminorum debet attendi penes significationẽ determinabilis: quia aliquo mo-
do est attendẽda in talibus ⁊ non commodius valet attendi ꝙ penes significationeȝ de-
terminabilis: igitur penes illam est mensuranda ⁊ operepreciũ est respicere ad deter-
minationem: quia vel illa potest conuenire alicui significato determinabilis vel nulli. Si
primum significat illud vel illa quibus determinatio potest conuenire. Si secunduȝ om
nia significata determinabil' ⁊ solum talia illud aggregatum significat exempluȝ primi vt
hoc totum ens quod est/homo solum significat homines. Exemplum secundi: vt ille ter
minus captus in replica argumenti: scilicet aliqd qd impossibiliter significatur per ly ali

q̃d:nã illud aggregatũ oĩa entia significat eo ꝙ illa determinatio ꝑ nullo põt illi ↄuenire:

¶ Sexto principaliter arguitur contra diffinitionem de ly significare stricte aliquis termin⁹ significat stricte q̃ non significat aliquid aliud a se et a sibi simili ergo diffinitio mala. Antecedẽs probatur: conceptus oĩm hoĩm significat stricte et non representat aliud a se et a sibi simili: ergo antecedẽs veruꝫ. Maior probatur signi ficat naturaliter proprie omnes homines: ergo significat stricte. Minor probat: si signi ficaret aliud a se et a sibi simili maxime significaret sortem vel platonem: sed hoc nõ igit. Sequela est nota. minor probatur: sortes nõ est aliud a simili illi conceptui: ergo ille conceptus non representat aliud a se et a sibi simili. Antecedẽs probatur: sortes est idem cuꝫ simili illi conceptui: ergo non est alius a simili illi conceptui. Consequentia est nota et antecedens probatur sortes est idem cum seipso et sortes est similis illi conceptui ergo est idem cum simili illi conceptui. Minor probatur ille conceptus est similis sorti: ergo sortes est similis illi conceptui. Consequentia est nota et antecedens probatur: ille conceptus est naturalis simili tuo sortis: ergo est similis sorti ⁊ per consequens sortes est similis illi: Et eodẽ argumẽto vel simili põt ꝓbari ꝙ nullus termin⁹ mẽtalis significat stricte.

¶ Ideo ꝓpter hoc argumẽtũ dico ꝙ ly significare stricte non bñ diffinitur illo modo sed debet sic diffiniri.

¶ Significare stricte ẽ representare naturaliter proprie vel ad placitum proprie quid sit significare ad placitum: et q̃d naturaliter proprie videbitur in sequentibus. Cõtra istam solutionẽ arguit capio istud aggregatuꝫ hõ et aĩal in mẽte cuius ly hõ ẽ cõcept⁹ vltimat⁹ oĩm hoĩm ⁊ ly tact⁹ intelligendi/ et ly aĩal est conceptus nõ vltimatus captus secundum significationem secundum quã significat ad placitum oĩa animalia: tunc sic arguo. Illud aggregatũ significat stricte et non naturaliter ꝓprie neq̧ ad placitũ de significatione totali igitur diffinitio mala.

¶ Ad hanc replicam dico ꝙ difficile est dare tale aggregatũ sed illo dato põt sustentari ꝙ nõ significat stricte et nõ posset hoc ĩpugnari põt ẽt oppositũ sustentari et tunc oporteret addere vnã ꝑticulam adhuc ad illã diffinitionẽ scꝫ vel partim ad placitũ proprie: et partĩ naturaliter proprie et hoc mere ad nomẽ consistit. Ideo dic vt velis et dũmodo loquaris consequenter bene dices.

¶ De diuisione de ly significare.



Consequenter videndũ est qualiter diuiditur ly significare vñ significare bifariã diuiditur: quoddã est significare naturaliter et quoddã ad placitũ. ¶ Significare naturaliter est significare seclusa impositione hoc est dato ꝙ talis terminus non esset impositus adhuc significaret. Aliter diffinitur a paulo veneto in sua logica magna et quasi reddit in idẽ cũ expositione diffinitionis ⁊ ideo eã ponem⁹. Vñ significare naturaliter sic diffinitur ab eo. Est taliter significare ꝙ impossibile est significando nõ significare Et diuiditur significare naturaliter triffariam: q2 quoddã est significare naturaliter cõmuniter quoddã significare naturaliter proprie q̃ddã significare naturalr ex instictu nature. Significare naturaliter proprie est significare mediãte se et nõ mediãte alio aliq̃d vel aliqua vel aliqualiter/ vel aliq̃d aliqualiter: vel aliqua aliqualiter. Dicitur mediante se et non mediante alio ad differentiam terminorum qui significant naturaliter cõiter vel naturaliter ex instinctu nature: nã isti non significant mediãtibus seipsis: sed mediantibus illis qui significant naturaliter proprie. Alie particule clarent ex precedenti capite demptis duabus vltimis quarum prima ponitur propter hoc verbum amat et sic de alijs. Secunda ponitur propter ista verba currunt: legunt et sic de alijs. Nam sicut probatum est in precedenti capite illa verba neq̧ significant aliquid neq̧ aliqua neq̧ aliqualiter. Et de necessitate debent addi ille particule: nam non est substentabile cum dictis philosophi ꝙ ly currit est terminus complexus vt ostendetur in capitulo de verbo et tenendo ꝙ est terminus incomplexus sicut philosophus tenet in locis prealegatis argumentuꝫ demonstrat diffinitiones que communiter dantur esse insufficientes et eodem argumento quomodo probatum est diffinitionem de ly significare que communiter datur esse insufficientem

potest probari diffinitiones que cõmuniter dantur de significare naturaliter proprie:et de ly significare ad placitum esse insufficientes.

¶ Significare naturaliter ɔmuniter ē efficere cognitionē alicuiꝰ i rōne obiecti adequati.

¶ Dicitur in diffinitione in ratione obiecti adequati.q2 ad hoc ꝙ aliquid naturaliter com muniter significet oportet ꝙ sit obiectum adequatum illius.

¶ Per obiectũ adequatũ intelligo illud obiectũ quod sic est obiectũ proprium alicuiꝰ qđ nullius alterius est obiectum propriũ:et breuiter quodlibet ens est obiectum proprium suipsius et non alterius. Et illo mō quodlz ens mundi significat naturalr̃ cōiter seipsuz.

¶ Significare naturaliter ex instinctu nature est significare ex quodam instinctu proue niente a natura vt gemitus infirmorũ:latratus canũ et sic de alijs. Ex istis diffinitionibꝰ sequuntur correlaria. Primũ ꝙ quilz terminꝰ significans ad placitum significat naturali ter:q2 quilibet terminꝰ significans ad placitum significat seipsũ naturaliter communiter

¶ Sequitur secundo ꝙ quilibet terminꝰ significās naturaliter proprie significat natura liter communiter. Similiter quilibet terminus significans naturaliter ex instinctu natu re significat naturaliter cōmuniter. Et ex isto correlatio sequitur tertiuz scilicet ꝙ ly signi ficare naturaliter communiter est terminꝰ superior ad ly significare naturaliter ex instinctu nature ⁊ ad ly ſcare naturaliter ꝑprie. Et si arguas contra primum correlarium ad illud sequitur contradictio:ergo non est concedendum añs probatur. sequitur bene iste termi nus significat ad placitum:ergo ſcat cũ impositione. et sequitur etiaz bene iste terminus ſcat naturaliter:ergo ſcat seclusa impositione:et iste due repugnāt scz. iste terminus ſcat seclusa impositione et iste terminus ſcat cũ impositione igitur.

¶ Ad hoc respondetur negādo antecedens:et ad probationē cōcedo ꝙ bene sequitur in prima ɔña:nego tñ ꝙ bñ seqtur i scđa ⁊ rō ē:q2 i scđa icluditur negatio i prima vero non. Et si probes illam consequentiā arguitur a diffinito ad diffinitionem:ergo est bona. Ad hoc dico ꝙ non capis totam diffinitionem sed debes sic argumentari iste terminus signi ficat naturaliter:ergo significat seclusa impositione secundum illā significationem secun dum quam significat naturaliter. modo certum est ꝙ ista non repugnat alteri et propor tionabiliter debent intelligi omnes diffinitiones includentes negationem.

¶ Contra istas diffinitiones et diuisiones arguitur primo. si aliquis terminus significat aliqua et non significat naturaliter neqꝫ ad placitum/igitur diuisio mala antecedens ptz capio aggregatũ ex conceptu vltimato omnium hominuz et ex illo actu intelligendi et ex ɔceptu nō vltimato huius termini asinus secundum significationem secundum quā signi ficat ad placitũ omnes asinos tunc illud aggregatum significat et non significat naturali ter neqꝫ ad placitum/igitur antecedens verum/maior probatur. est terminus complexꝰ: ergo significat cōsequentia est nota ⁊ añs probatur est oratio:ergo est terminus comple xus tenet consequentia a cōuertibilibus. Iaz probatur minor et primo ꝙ non significet naturaliter potest cadere ab illa significatione:g° non significat naturaliter antecedens ꝓ batur volo ꝙ vnus habens auctoritatem imponendi et deponendi deponat illum termi num asinꝰ a significatione qua significat asinos secundum se et quēlibet sibi synonimum tunc illud aggregatũ nō amplius significabit homines et asinos et antea significabat igi tur/cadit a sua significatione:et sic dicas ꝙ adhuc significat omnes homines naturaliter proprie/tunc procedam de significatione totali et certum est ꝙ non significat illa que an tea significabat de significatione totali.

¶ Et cōfirmaᷓ ista ratio. capio aggregatum ex cōceptu oīm hoīm et ex illo actu intelligen di et ex conceptu omnium leonum secũdũ significationem scđm quā ille conceptus signi ficat seipsum naturaliter cōmuniter/tunc sic arguo. ille terminus significat naturaliter ⁊ non significat naturaliter proprie neqꝫ naturaliter communiter neqꝫ naturaliter ex instin ctu nature ergo illa diuisio mala/maior est nota/minor probatur. quo ad primam partez et procedo de significatiōe totali ille terminꝰ complexus non significat omnes homines et illum conceptum omnium leonum mediante se:ergo nō significat naturaliter proprie antecedens probatur. non significat illũ cōceptũ oīz leonũ mediāte se:ergo nō significat oēs hoīes et illũ ɔceptũ mediāte se añs. probatur. significat illũ ɔceptũ mediante reflexo illius ergo non significat mediante se.

¶ Ad argumētũ rñdeᷓ negādo ɔñam ⁊ dico ꝙ diuisuz nō est solũ ly significare seu terminꝰ

significans:ƺ hoc totū termin⁹ significās in complexe:sed diuisum sit precise ly termin⁹
significans tunc argumentum demōstrat illā diuisionem non valere:sed oportet addere
adhuc aliud membrum ita ꝙ ly significare sic debet diuidi significare quoddam est signi
ficare naturaliter quoddam ad placitum ⁊ quoddam naturaliter ad placitum.

¶ Ad confirmationē ꝓportiōabiliter est respōdendū.vnde nego consequētiā ⁊dico ꝙ di
uisum non est ly terminus significās naturaliter solum:sed est hoc totum terminus signi
ficās naturaliter icōplexe.vñ si velim⁹ loq̄ de quocūꝗ terio siue ꝯplexo siue icōplexo illa
diuisio nō valet vt argumētum ꝓbat:sed opƺ addere alia mēbra.vnde sic debet diuidi si-
gnificare naturaliter quoddā ē ſ̄care naturaliter ꝓprie quoddā naturalr̄ cōiter quoddā
naturaliter ex instinctu nature quoddā naturaliter ꝓprie ⁊ naturaliter cōiter et quoddā
naturaliter ꝓprie ⁊ naturalr̄ ex instinctu nature ⁊ quoddā naturaliter ꝓprie ⁊ naturaliter
cōiter ⁊ naturalr̄ ex instinctu nature:⁊ sic ꝯſ̄r cōbinādo quodlƺ mēbrū cū alio ⁊ ista mem
bra ꝯplexa ponunt̄ ꝓpter similia aggregata illis captis in confirmatione.

¶ Et si aliquis vellet negare talia aggregata in mente ostendo ꝙ hoc nō sit sustētabile.nā
conceptus oīm hominū significat seipm̄:ergo intellectus potest vnire illū cōceptū scd̄ƺ
illā significationē cum vno alio nā alias sequeretur ꝙ aliquis terminus significaret aliq̄d
et nō posset ꝑ illo accipi ⁊ nullū est impediēs.Itē nō potest assignari ratio quare ille ter-
minus homo in voce potest accipi pro se ⁊ ille conceptus in mente non potest accipi pro
se:ideo oportet admittere talia aggregata nec rationabiliter possunt negari.

¶ Secunduƺ principaliter arguitur.aliquis terminus signifi-
cet aliquid ⁊ nō naturaliter neꝗ ad placitū ergo diuisio mala/añs probat̄.illa scriptura
homo significat aliā scripturā homo ⁊ nō naturaliter neꝗ ad placitū ergo añs verū ꝙ nō
significet ad placitū ꝓbo.nūꝙ̄ illa scriptura hō fuit imposita ad significādū aliā:ergo nō
significat ad placitū illā scripturā:⁊ iā probat̄ ꝙ nō significet naturaliter est possibile ꝙ nō
significet illā scripturam:ergo nō significat naturaliter illā scripturam consequētia tenet:
quia terminus significans naturaliter non potest cadere a sua significatiōe ⁊ antecedens
probatur.volo ꝙ destruatur illa lineatio illius scripture manēte attramēto tūc sic arguo.
antea significabat illud attramētū ⁊ nūc nō significat destructa illa lineatiōe:ergo est pos-
sibile ꝙ nō significet illud attramētum ⁊ illud attramētū erat illa scriptura igitur.

¶ Ad hoc argumētum respondet quidam in terminis suis negādo antecedēs:⁊ ad pro-
bationem negat ꝙ illa scriptura nō significet naturaliter aliam scripturam:⁊ ad probatio
nem dicit ꝙ destructa lineatione adhuc significat ⁊ cōsequenter cōcedit ꝙ quilibet termi
nus scriptus quemlibet alium scriptum significat naturaliter communiter.

¶ Sed cōtra istum ostendo duo primum ꝙ ista solutio non valet secūdum ꝙ contradicat
sibi met in eodem capite.Primuƺ sic ostēdo dupliciter primo sic.nō significat naturaliter
illa scriptura:ergo non significat naturaliter cōmuniter/antecedēs probatur.ad hoc ꝙ si
gnificet naturaliter/oportet ꝙ representet illā apud oēs per petrū hyspanū:sed illa scri-
ptura homo nō rep̄ntat aliā apud oēs vt notū est:nā viso illo termino scripto homo null⁹
venit in noticiā alteri⁹ termini scripti hō vel ad min⁹ nō oportet quātūcūꝗ aduertat cir
ca illū/igitur secūdo sic seq̄tur bene quilƺ termin⁹ script⁹ quēlƺ aliū scriptū siḡat ⁊ aliquis
scriptus est substātia ⁊ aliquis est accidēs:ergo aliqua substātia naturalr̄ cōiter significat
accidēs ⁊ nō ꝓpter ꝯuenientiā essentialē:q̄ꝛ maior est cōueniētia essentialis inter substan-
tiā ⁊ qualƺ substātiā ꝙ̄ inter substātiā ⁊ quodlƺ accidēs:⁊ sic qualƺ substātiam mūdi natu
raliter cōiter significat/oportet ergo dicere ꝙ ſ̄cat ꝓpter cōuenientiā accidētalē.ex hoc se-
quitur q̄dlibet attramētū q̄dlƺ ens significat naturalr̄ cōiter.

¶ Et sic illa scriptura homo asinū ⁊ butyrū ⁊ caseum ⁊ ceram rep̄ntaret naturalr̄ cōmuni
ter.Oīa ista etsi absurdissima.⁊ obseua impugnatio neꝗ indigna sint quidā in suis termi
nis alterū defensendo ꝯcedit:nimirū q̄ꝛ ingeniosum fedis ⁊ pēmosis erroꝛib⁹ refertū ha
bet febricitāti acetosa ⁊ amara dulcia suauiaꝗ vident̄.Sed iste potius luculentulus sus
ꝙ̄ vir illū putās detēdere dilucide incillat ac reprobat.cocedit eñ iste:ergo que expresse
in loco allegato inficiatur

¶ Iam ostendo ꝙ sibi formaliter contradicat:nam in eodem dicit ꝙ ad hoc ꝙ aliquis ter
minus significet aliq̄d naturaliter cōmuniter/oportet ꝙ currat i ratiōe obiecti adequati

ad causationē illius noticie: sed null⁹ termin⁹ script⁹ cōcurrit in rōne obiecti adequati ad
causationē alterius. ergo falsum est ꝙ quilibet terminus script⁹ quālibet aliū scriptum si
gnificat naturaliter cōmuniter ꝛ sic clare constat ꝙ ista duo nō simul stāt. s. significare na
turaliter communiter est efficere cognitionem alicui⁹ in ratione obiecti adequati ꝛ quilꝫ
termin⁹ script⁹ quēlibet aliū scriptum naturaliter communiter significat.

¶ Ideo aliter respōdetur ad argumētuꝫ negādo añs: ꝛ ad ꝓbationē nego minorē ꝛ nego
ꝙ nō significet ad placitū: ꝛ ad ꝓbationē distingo añs: scꝫ ꝙ illa scriptura nō fuit imposita
ad significādū aliā scripturā vel formalr̄: ꝛ sic ꝯcedo vel equalēter: ꝛ sic nego. vñ dico ꝙ ex
cōsuetudine ꝛ ꝓpter correspōdētiā quā habet illa scriptura hō cū alia scriptura in ly nega
tiōe ꝛ ꝟcatiōe ꝯsurrexit illa sigātio ꝛ iō dr̄ sigāre illa scriptura hō aliā scripturā homo ex cō
suetudine quid sit formaliter imponi ꝛ q̄d equalēter imponi in sequenti capite dicetur.

¶ Quidā alius in suis progymnasmatibus defensando alterū infert correlariū cōtra istaꝫ
solutionē p̄ceptoris mei sed iste homo nec ad argumēta respōdet nec suum correlariuꝫ ꝓ
bat ꝙ nihil ꝓbet patet: q2 argumētū qd̄ facit ꝙ talis termin⁹ sigāt quodlꝫ attramentuꝫ ꝛ
quodlꝫ ens qd̄ pōt esse sibi simile nō ꝓbat sigāre illa naturalr̄ cōiter ꝛ illud solū inferebaṯ
ꝓ incōueniēti: ſꝫ qd̄ maiori ludi loco est dignuꝫ q̄ magis iste ꝓgymnasmator sui p̄ceptoris
partes tueri conaṯ eo lōgi⁹ extra illi⁹ sententiā errat diffiniēdo eū significare naturalr̄ cōi
ter dicit ꝙ nō oportet addere illā ꝑticulā adequate qd̄ est exp̄sse cōtra suū p̄ceptorē ꝛ con
tra oēs ꝛ ꝯñter ꝯcedit quālꝫ rē quālꝫ aliā sigāre naturaliter cōiter quo nihil absurdi⁹ ꝯce
di pōt. Quis eñ vel semipagan⁹ dicet vnū lapidē vel lignū naturalr̄ sigāre angelos ꝛ aīa
lia ꝛ cetera oīa cū nō oportet cernētē lapidē venire ꝓpterea in noticiā oīm aliorū entium
qd̄ fieret si sigāret naturalr̄: q2 qd̄ a natura iest semꝑ inest: ſꝫ iste duct⁹ falsa expientia inci
dit in ista icōueniētia. dicit eñ expimur qd̄ forte viso a lōge itellect⁹ ꝓducit noticiā oīum
entiū adhuc primariā ꝛ nō solū effectiue: ſꝫ etiā vt signū: sed iste apte fallit: nā illa noticia
ꝓducta a forte viso a remotis est singularis: sicut alia que habeṯ de forte propinquo ꝛ ille
due nō differūt nisi penes intēsum ꝛ remissum: ꝛ ideo ꝓpter solā remissionē p̄ia non est
causatiua iudicij qd̄ illd̄ sit fortes: ꝛ sic de alijs p̄dicatis sicut est alia que habeṯ de forte ꝓ
pinquo. ꝛ ē magis intēsa: ꝛ ita tenet okam quē ipse principē terministaꝝ vocat in primo ar
ticulo ꝓlogi sententiarū necꝫ obstat ꝙ aliquādo viso lapide ꝯtingat ꝓrūpere in noticiā oīm
entiū: q2 illud nō est nisi discursiue ꝛ occasionaliter ꝛ si inspexisset p̄ceptorē suuꝫ potuisset
illū intelligere exp̄sse eñ dicit ibi ꝙ illud non sit nisi discursiue qd̄ ꝓbat: q2 dato opposito
ꝓbaretur illa rōne de añte nō significāte ꝯñs qd̄ rep̄sentaret illud ꝯñs. nā aliqñ qñ perci
pio aliquā ꝓpōne ꝯuenio in noticiā seu cognitionē actualē alicui⁹ q̄ inferṯ seu pōt inferri
ex illa: ꝛ tñ nō oportet ꝙ illud añs rep̄sentet ꝯñs ꝛ hec sūt verba p̄ceptoris sui: quare ple
no cachino ipse deridēdus est ꝙ cū criminet p̄ceptorē meū sui p̄ceptoris sententiā respue
re. ipse a p̄ceptoris doctrina sepius degenerauit nō solum in isto loco: sed in alijs: vt patet
aspicienti nā in capitulo de significare fret⁹ argumēto p̄ceptoris mei tenet cōtra ꝓprium
regētē istā esse falsaꝫ. aliqd̄ im possibile nō est intelligibile: ꝛ in eodem capite negat istaꝫ
zeno imaginarie est chrisippus ꝛ dicit ꝙ incōcusse tꝫ nō esse suppositionē nisi ꝓ illo qd̄ ē
vel pōt esse ꝛ in plerisꝗ alijs locis q̄ breuitatis causa subticeo suo preceptori repugnat.

¶ Tertio principaliter arguiṯ aliquis termin⁹ significat aliq̄ q̄
non significat naturaliter necꝫ ad placitum / igitur diuisio mala / antecedēs patet ille ter
minus homo significat oēs homines ꝛ seipsum ꝛ nō naturaliter necꝫ ad placitum / igitur
antecedens verū. maior est nota minor probatur. significat ad placitū homines ꝛ natura
liter seipsum: ergo non significat naturaliter vel ad placitum illa duo.

¶ Dices sicut dicendū est distinguēdo antecedens vel vniuoce. i. mediante vno conceptu
et sic negatur / nec in illo sensu probat argumentū vel equiuoce. i. mediātibus diuersis ꝯce
ptib⁹: ꝛ sic ꝯcediṯ: ꝛ negaṯ ꝯña q2 diuisum ē hoc totū significās mediāte vno conceptu.

¶ Cōtra istā solutionē arguiṯ: sequereṯ ꝙ quilꝫ termin⁹ significās ad placitū esset analo
gus cōsequēs est falsum: ergo ꝛ antecedēs / seq̄la ꝓbaṯ. quilibet termin⁹ significās ad pla
citū habet duo significata quorū vnū significat prius ꝛ aliud posterius / igiṯ quilꝫ est ana
logus / tenet consequentia: q2 illo modo diffinitur termin⁹ analogus ꝛ añs probaṯ. quili
bet terminus sigāns ad placitum sigāt ꝓprie illud quod seruat ad placitum ꝛ improprie

seipsum ⁊ hoc diuersis cōceptibꝰ vt notum est/igitur quilibet habet duo significata quorum vnum significat prius ⁊ aliud posterius.

¶ Ad hanc replicam respondet paulꝰ venetus in logica magna negādo sequelā:⁊ ad ꝓbationē negat ꝯñam ⁊ dicit ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄s terīnꝰ sit analogius requiritur ꝙ sit predicabilis de rebꝰ diuersoꝝ p̄dicamētoꝝ quarum vna essentialiter dependet ab alia ⁊ dat exēplū de illo termino ens quod significat substantiam ⁊ accidens dependet a substātia

¶ Sed cōtra istā solutionē arguit̄ ꝓbādo ꝙ illud nō req̄ratur ad terminū analogū. iste terminꝰ homo in significādo hoīem viuū ⁊ hoīem pictū est terminꝰ analogꝰ:⁊ tñ nō significat res diuersorum p̄dicamentoꝝ notal'r ꝙ vna dependet ab alia igit̄ illud non req̄ritur minor ꝓbatur. nā hō pictꝰ nō depēdet ab hoīe viuo sicut accidēs a substātia igit̄ nō significat res diuersoꝝ p̄dicamentorum quarū vna depēdet ab alia. Item homo viuꝰ ⁊ homo pictus sunt res eiusdē predicamēti:q: hō viuꝰ tā ꝙ res significata ponitur in quolibz predicamento. similiter homo pictꝰ/igitur solutio nulla.

¶ Ideo aliter respondetur ad illam replicam distiguēdo de ly significare incluso in diffinitione analogi vel capitur large:⁊ sic concedo sequelaz:scz ꝙ quilibz terminꝰ significās ad placitum est analogꝰ ⁊ nego minorē:vel capit̄ stricte ly significare ⁊ sic negat̄ seq̄la nā certum est ꝙ quilibz terminus in significando seip̄m significat large ⁊ naturaliter cōmuniter

¶ Cōtra istam solutionem arguitur dupliciter/sequeret̄ ꝙ ista esset concedenda simpliciter chimera est/cōsequens est absurdum/igitur sequela probatur:de primaria significatione significat vere:ergo est concedenda/antecedēs ꝓbatur. significat ꝙ ille terminꝰ chimera sit de primaria significatione:⁊ hoc est verū/igit̄ de primaria s̄catiōe significat vere maior ꝓbatur. ille terminꝰ chimera p̄iarie significat se et illa ꝓpositio significat iuxta cōpositionē suaruz partiū/igit̄ illa propositio primarie significat vere/maior probat̄. ille terminus chimera naturaliter significat se ⁊ naturalis significatio prior est significatione ad placitū:ergo primarie significat se.

¶ Secundo arguit̄:seq̄retur ꝙ ista esset simplicit̄ neganda. homo est animal/ꝯñs est falsum/igitur/sequela probatur. illa ꝓpositio significat de primaria significatione false:ergo est simpliciter neganda:añs probat̄ significat illa propositio ꝙ ille terminꝰ homo sit ille terminus animal ⁊ hoc de primaria significatione/igitur totū antecedens potest probari sicut probatum est antecedens prime replice.

¶ Ad hanc replicam respōdetur cōcedendo sequelā ⁊ negando minorem: nam in illo casu dato sequela est vera vt probatum est immo cōcedendum est ꝙ est possibile ꝙ sortes ⁊ plato habeant eandem qualitatem ⁊ sortes clarius cognosceret per illam q̄ plato. Probatur hoc posito ꝙ sortes habeat quatuor gradus qualitatis ⁊ concurrat ad omnes quatuor ita ꝙ cognoscat vt quatuor plato vero habet eosdez quatuor gradus non concurrat tamen nisi ad duos ita ꝙ precise cognoscat vt duo tunc habetur totum. Multa alia correlaria possent inferri: sed ea reliquimus curiosis scholaribus elicienda.

¶ Sed circa vtranq̃ opinionem incidit dubiũ an si deus accipiat noticiam que est in anima fortis et ponat in lapide dicatur illa qualitas noticia. Ad hoc respondetur secundum vtrũq̃ modũ ꝙ si illa qualitas precise sit in lapide non est notitia actualiter si vero sit in lapide et cũ hoc in anima fortis pono duas propositiones. Prima est hec qualitas in lapide est noticia: probatur sic expositorie/ hec qualitas est notitia. quia in anima fortis et hec qualitas est hec qualitas in lapide: ergo hec qualitas in lapide est noticia. Secunda propositio hec qualitas nõ est noticia in lapide: probatur q̃ per illam denotatur ꝙ hec qualitas non fuit causata a lapide et ꝙ nõ cognoscitur per eam aliquid in lapide et hoc est verũ vt notum est. Ex istis duabus propositionibus sequitur ꝙ illa qualitas non essentialiter et intrinsece est noticia. Correlarũ probatur: stat ꝙ illa qualitas sit in rerũ natura et ꝙ nõ sit noticia vt dictũ est: ergo non essentialiter et intrinsece est notitia.

Et si arguas: hec noticia essentialiter et intrinsece est hec qualitas: ergo hec qualitas essẽtialiter et intrinsece est hec noticia. Et antecedens probatur: non stat ꝙ illa noticia sit q̇n sit qualitas: ergo essentialiter et intrinsece est hec qualitas et consequentia illa tenet per conuersionem simplicem.

¶ Ad hoc nego consequentiam et nego ꝙ sit conuersio simplex quia variatur appellatio: et si petas ꝯuertentẽ illius sc3 hec notitia essentialiter et intrinsece ẽ hec qualitas dico ꝙ est ista quod essentialiter et intrinsece est hec qualitas est hec noticia et proportionabiliter debet dari conuertens alterius.

¶ Ulteriꝰ dubitatur/ an in homine dormiente sint termini mentales. Ad hoc dico ꝙ si pfecte dormiat nulli sunt sed sunt in eo species et habitus derelicti per quos facile potest exire in actus.

¶ **Terminus vocalis sic diffinitur: est terminus qui auditu cor**porali pcipi põt. Dicitur notãter q̇ auditu corporali ⁊c. ad differẽtiã terminorũ mentaliũ et scriptorũ et si vis loqui de termino vocali stricte nõ oportet nisi ꝙ capias ly terminꝰ in diffinitione stricte s3 si vis addere ad maiorẽ explicationẽ ly ad placitũ significans aliq̃d vel aliq̃ vel aliqualiter valet bñ addi sed sine hoc diffinitio bene valet. Et ita proportionabiliter est dicendum de termĩo scripto: vnde sic diffinitur terminus scriptus est terminꝰ qui oculo corporali videri potest. Dicitur qui oculo corporali ⁊c. ad differentia3 terminorum mentalium et vocalium.

¶ **Terminus mixtus sic diffinitur est terminus qui habet ali**quã ptẽ in mẽte/ ⁊ in voce/ vel aliquas ptes in voce et in scripto et sic ꝯ̃r combinãdo q̃dlibet membrũ ad aliud mẽbrũ et ad alia mẽbra. Et est notandum ꝙ inter istos terminos talis est ordo ꝙ termini vocales significant mediãtibus mentalibꝰ/ et termini scripti aliquãdo significãt mediãtibꝰ vocalibꝰ aliquãdo non de terminis mixtis diuersimode est iudicandũ: nam capto isto termino hõ est aial cuiꝰ vna pars est in voce et alia in scripto tunc ille terminꝰ mixtus significabit mediãte mentali et si aliter accipias vtputa vnũ terminũ cuiꝰ vna pars sit in mẽte et alia in scripto tunc ille aliter significabit vtputa partim mediante parte ipsius et partim mediãte vno termino mentali vel vocali.

¶ Cõtra istas diffinitiones arguitur multipliciter. Primo sic aliquis est terminus mentalis qui nõ est noticia vel actꝰ intelligendi ⁊c. igitur diffinitio mala. Antecedens probatur volo ꝙ sit fortes ãte te tunc ille conceptus quem habes de forte est terminus mentalis ⁊ nõ ẽ noticia vel actꝰ intelligẽdi igitur maior ẽ nota. Mior probatur: si esset maxie eẽt noticia: sed hoc nõ igitur. Minor probatur non representat aliquid vel aliqua: ergo non est noticia. Antecedens probatur si representaret aliquid idest aliqua maxime representaret fortem: sed hoc non igitur. Minor probatur: representat platonem: ergo non representat fortem. Antecedens probatur in aliquo casu representabit platonem et est terminus mẽtalis: ergo reprensentat platonem. Maior probatur: volo ꝙ plato sit omnino similis forti quo ad exteriora et ponatur loco fortis ita ꝙ tu credis ipsum esse fortem tunc representabit platonem igitur. Antecedens probatur: tu credis ꝙ representat hoc et hoc est plato: ergo repñtat platonẽ. ¶ Ad argumẽtũ rñdet negãdo añs ⁊ ad pbatiõe3 negat mior ⁊ ad pbationẽ negatur minor ⁊ ad pbationem negat añs/ et ad probationem negatur

añs pro minore/⁊ ad ꝓbationem nego ꝙ significet platonez:⁊ ad probationem nego antecedẽs ⁊ ad ꝓbationẽ negatᷣ illa cõsequẽtia scꝫ tu credis ꝙ representat hoc et hoc est plato ergo repñtat platonem:qꝛ in tali iudicio falleris.

¶Contra istam solutionẽ arguitᷣ ꝓbãdo ꝙ cõceptus sortis possit repñtare platonẽ cõceptus sortis ⁊ cõceptus platonis sunt eiusdem speciei:ergo quicquid cõuenit vni cõuenit vel potest cõuenire alteri:sed representare platonem conuenit noticie platonis:ergo cõuenit vel potest ꝯuenire noticie sortis ⁊ p ꝯñs noticia sortis potest repñtare platonem.

¶Ad hãc replicã respondetᷣ admisso ꝙ ꝯcept⁹ sortis ⁊ conceptus platonis sunt eiusdez speciei. Nego consequentiam ⁊ do instãtiã:sortes ⁊ plato sunt eiusdem speciei tñ aliquid conuenit sorti qđ nõ potest cõuenire platoni:nam habere hanc aĩam demõstrãdo aĩaꝫ sortis tanꝙ partem essentialem cõuenit sorti ⁊ nõ potest cõuenire platoni. Et si dicas habere hanc animã potest cõuenire alteri homini a sorte ⁊ repñtare sortem nõ potest cõuenire alteri conceptui ab illo:igitur. Ad hoc nego minorem imo dico ꝙ representare sortem multis conceptibus potest conuenire:nam cõuenit cõceptui quẽ habeo de sorte ⁊ vni cõceptui quem habet vnus alius ⁊ sic consequenter.

¶ Secundo pricipaliter arguitur aliq̃d est noticia quod est terminus mentalis:ergo diffinitio mala. Añs probatur conceptus ciceronis est noticia et nõ est terminus mentalis:ergo diffinitio mala. Maior est nota:minor probatᷣ si esset terminus mentalis significaret aliq̃d vel aliqua vel aliqualiter vel aliquid aliqualiter vel aliqua aliqualiter nullum istorũ igitᷣ. Minor ꝓbatur:si significaret maxime significaret aliquid sed hoc non igitᷣ. Minor probatᷣ si significaret aliquid maxime significaret ciceronẽ sed hoc non:igitᷣ. Minor probatᷣ significaret ciceronem ideo significatet:qꝛ ẽ naturalis si͞litudo ciceronis sed hoc est falsum:igitᷣ maior cõceditᷣ ab Ockã in sua logica ⁊ a Petro de aliaco ⁊ a paulo veneto. Minor probatᷣ:sequeretᷣ ꝙ cicero ad extra significaret illum conceptum qui representat ipsum:ꝯñs est falsum igitur. Sequela ꝓbatur:cicero ad extra est naturalis similitudo illius conceptus:ergo significat illum conceptuꝫ Tenet ꝯña qꝛ propter illam causaꝫ concessuꝫ est ꝙ ille cõcept⁹ repñtat ciceronẽ ⁊ vbi est eadẽ causa ibi debet sequi idem effectus:qꝛ scđm phl'm idẽ inquãtũ idẽ semper est natũ facere idem Jam ꝓbatᷣ añs ille cõceptus ciceronis est naturalis similitudo ciceronis ad extra:ergo cicero ad extra est naturalis similitudo illi⁹ cõcept⁹. Tenet ꝯña:qꝛ si a. est simile b. b. est simile a. sꝫ ille cõcept⁹ est si͞lis ciceroni ad extra:ergo. cicero ad extra ẽ similis illi cõceptui Jam probatur falsitas illi⁹ ꝯñtis scꝫ ꝙ cicero ad extra significet illum conceptum:qꝛ vel significat ex impositione vel naturaliter nullum istorũ igitᷣ. Minor ꝓbatur:quo ad scđaꝫ ꝑtem qꝛ quo ad p͞rimã lucida est, viso cicerone ad extra formatᷣ ꝯcept⁹ ciceronis ⁊ non cõceptus illius conceptus quod oporteret, ad hoc ꝙ naturaliter representaret illum conceptum:ergo non representat illum conceptum naturaliter.

¶Ad hoc argumentum dices forte negãdo añs ⁊ ad ꝓbationẽ negabis minorẽ/⁊ ad ꝓbationẽ negabis ꝙ ille cõcept⁹ nõ representet ciceronẽ:⁊ ad ꝓbationẽ dices qñ dicitur si significaret ciceronẽ ideo significaret:qꝛ est naturalis similitudo ciceronis. Dico ꝙ illa ẽ vna causa ꝑtialis:sed cũ hoc est alia causa scꝫ:qꝛ ille conceptus est ꝓduct⁹ ab obiecto per modum impressionis in ip̃a anima:non sic est de cicerone ad extra:nam non est ꝓduct⁹ ab illo conceptu sicut ille conceptus est productus ab ip̃o.

¶Contra istam solutionem arguitur:sequeretur ꝙ species producte a cicerone i anima sortis representarent naturaliter proprie ciceronem. Consequens est manifeste falsum:igitur sequela probatur:ille species sunt similes ciceroni ⁊ sunt causate ab alio per modum impressionis in anima sortis:ergo representant ciceronem. Tenet ꝯña:qꝛ propter illas causas dicebatur ꝙ conceptus ciceronis naturaliter proprie representat ciceroneꝫ Jam probatur falsitas cõsequẽtis:ille species mouent intellectum precise ad producendum aliquẽ conceptum q̃ repñsentat ciceronẽ a quo sunt causate:ergo nõ repñtãt ciceronem naturaliter proprie. Tenet cõsequentia:qꝛ si significarent naturalitᷣ proprie mediãtibus seipsis non mediante alio repñtarent.

¶Ad hãc replicã dices forte negando sequelam ⁊ ad ꝓbationẽ negabis consequentiam ⁊ dices ꝙ ille non sunt adhuc oñs cause:sed cum hoc est alia causa:scꝫ qꝛ ille conceptus

est partialiter productus ab ipsa anima ⁊ non sic est de speciebꝰ/quia ille species sunt totaliter producte a cicerone.

¶ Sed ista solutio presupponit vnum dubiū scilicet ꝙ species sint totaliter producte a cicerone ⁊ nō curando de hoc arguo contra eam: volo ꝙ anima partialiter concurrat ad productionem illarum specierū ⁊ si hoc nō potest fieri naturaliter fiet supernaturaliter tunc non poterit dare ratio quare ille species non representant ciceronem.

¶ Ideo aliter respondeo vnde ad formā argumēti nego añs ⁊ ad probationē nego minorē ⁊ ad probationem minoris nego iterū minorē/⁊ ad probationem nego ꝙ non significet ciceronē: ⁊ ad probationē nego illā causalem scilicet si significaret ciceronem ideo significaret: quia est naturalis similitudo ciceronis si intelligas ꝙ illa sit totalis causa immo dico ꝙ precipua causa est: quia hoc prouenit ei ex natura sua sicut anime rationali conuenit ex natura sua simul cum materia constituere hominez risibilem bene tamen verum est ꝙ cause assignate inter respondendum sunt partiales cause ⁊ si prefati doctores concedāt illam propositonē cōcedunt ad istū sensum: ꝙ illa est vna causa partialis: nā vt probatum est tādē opꝫ deuenire ad hoc scꝫ ꝙ hoc prouenit illi conceptui ex natura sua.

¶ Tertio prīcipaliter arguitur ⁊ suppono ꝙ loquamur de termino stricte: aliquis est terminus vocalis in aliquo casu qui non significat ad placitum: ergo diffinitio mala. Antecedens probatur: volo ꝙ sint duo habentes equalem auctoritatem imponendi terminos supra aliquem cōmunitatem seu populū ⁊ vnꝰ illorū dicat illi pro se/impono ly b. ad significandū omnes homines alter dicat immediate nolo ꝙ imponatur: tūc ly b. in tali casu est terminus vocalis ⁊ non significat ad placitum ergo dabilis est aliquis terminꝰ vocalis qui nō significat ad placitū. Maior probatur: dato opposito sequitur ꝙ secūdus est maioris auctoritatis ꝙ primus. Consequēs est cōtra hypothesim: igitur. Sequela probatur factum est ꝙ secūdus volebat ⁊ nō quod primus volebat ergo secūdus est maioris auctoritatis ꝙ primus. Item illud adhuc probatur: ille terminꝰ b. nō est terminus vocalis: ergo nō significat ex impositione ⁊ vltra nō significat ex impositione ⁊ hoc volebat secundus: ergo factum est qd secundus volebat. Jam probatur minor scilicet ꝙ ly b. non significet in illo casu ad placitū: nam dato opposito sequitur etiaꝫ ꝙ primus est maioris auctoritatis ꝙ secundus quod est contra casum. Et ꝙ sequatur probatur proportionabiliter sicut probatur de alio: factū est ꝙ primus volebat ⁊ nō ꝙ secundus volebat: ergo primus maioris auctoritatis ꝙ secūdus. Antecedēs probatur: primꝰ volebat ꝙ ly b. significaret ad placitum ⁊ ita factum est vt cōcedis: ergo factum est quod primus volebat ⁊ sic quicquid dicatur argumentum semper militat.

¶ Propter hoc argumentū aliqui nō omittūt casum sꝫ ꝙ casus sit possibilis probatur immo ꝙ indies contingat est possibile ꝙ imperator mittat duos milites vel doctores ⁊ ꝙ det vni tantam potestatem sicut alteri ⁊ ꝙ ipsi habeant dissentionē inter se ⁊ tunc habebitur possibilitas casus ⁊ per ꝯñs friuolum ⁊ absurdum est non admittere casum.

¶ Ideo aliter respondeo: vnde ad formā argumēti nego añs ⁊ ad probationem admitto casum ⁊ distinguo maiorē vel cōitas seu populus non recipiat positionem ei sic nego maiorem: ⁊ ad probationē nego ꝙ secūdus sit maioris auctoritatis ꝙ primꝰ ⁊ ad probationē nego illā ꝯñam scꝫ factū est qd secundꝰ volebat ⁊ nō qd primus volebat: ergo secundꝰ est maioris auctoritatis ꝙ primus. Ratio est: quia non est factuꝫ ideo qꝛ ipse volebat: sed qꝛ populo placuit nō recipere impositionē si vero falsuꝫ fuisset ideo qꝛ ipse volebat tunc bene sequeretur ꝙ secundus est maioris auctoritatis ꝙ primus. Si vero velis ꝙ communitas recipiat impositionem concedo maiorem et nego minorem ⁊ ad probationem nego ꝙ primus sit maioris auctoritatis ꝙ secundus ⁊ ad probationem nego etiam consequentiam: quia non est factuꝫ ideo quia primus volebat: sed quia populo placuit recipere impositionem vnde in talibus respiciendum est ad populum seu communitatem an velit recipere vel ne ⁊ tunc facile est respondere proportionabiliter ad alia argumenta que possunt fieri: similem difficultatem habentia.

¶ Contra istam solutionem arguitur si in talibus oportet respicere ad populum sequeretur ꝙ esset dabilis aliquis terminus vocalis qui significaret proprie ⁊ non ad placitum consequens est falsum: igitur. Sequela probatur volo ꝙ sortes habens auctoritateꝫ im-

ponendi dicat/impono ly b. ad ſignificandum omnes homines ⁊ nõ leones: populus vero intelligat ꝙ dicit ſignificare leones ⁊ nõ homines tũc ille terminus b. eſt terminꝰ vocalis ⁊ ſignificat proprie leones ⁊ non ad placitum: ergo ſequela vera. Maior probatur: quilibet illius populi audito ly b: formabit cõceptum/omniũ leonũ ergo ille terminus b ſignificat leones proprie. Tenet cõſequẽtia: nam ideo ille terminus vocalis homo ſignificat homines proprie: quia audito illo quilibet latinus format conceptũ oĩm hominũ: ergo propter eãdẽ cauſam ly b. ſignificabit leones proprie: nec valet dicere ꝙ ĩpoſitio de ly b. in illo caſu/eſt ymaginaria/quia hoc eſt petere principiũ: nam de hoc diſputamus an ſit impoſitio propria vel ne. Iã probatur minor ſcʒ ꝙ ly b: nõ ſignificet ad placitũ: q2 ſi ſignificaret ad placitum maxime/ſignificaret ad placitũ ſortis: ſʒ hoc nõ, igitur. Minor ꝓbatur: ſignificat cõtra voluntatẽ, ſortis leones: ergo nõ ſignificat ad placitũ ſortis leones.

¶ Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelã ⁊ ad probationem admiſſo caſu nego minorẽ ⁊ ad ꝓbationẽ diſtinguo maiorẽ ſcʒ ꝙ ſi ſignificaret maxime ſignificaret ad placitum ſortis vel ad placitũ .i. libitũ ſortis ⁊ ſic nego illam nec in illo ſenſu capitur ly/ad placitũ in ꝓpoſito vel ly ad placitũ valet ly ex impoſitiõe ⁊ ſic concedo maiorẽ ⁊ nego minorẽ ⁊ ad probationẽ nego ꝯñam ſi capiatur ly ad placitum vt in propoſito.

¶ Contra iſtã ſolutionẽ arguitur: omnis impoſitio eſt voluntaria/ſed illa nõ eſt voluntaria: ergo illa non eſt impoſitio. Tenet ꝯſequẽtia in baracho in ſecũda figura ⁊ maior ꝯceditur ab oĩbꝰ. Minor ꝓbatur: eſt cõtra volũtatẽ ſortis vt cõceſſum eſt: igitur nõ eſt voluntaria.

¶ Ad hãc replicã reſpondetur diſtinguẽdo maiorẽ vel formaliter ⁊ ſic nego illam nec in illo ſenſu cõceditur ab omnibꝰ vel intelligitur ſic/oĩs impoſitio eſt volũtaria formaliter vel equalenter ⁊ ſic concedo illam ⁊ dico ꝙ impoſitio ſortis eſt volũtaria equiualenter, in illo caſu: nam tantum fecit ſicut vna impoſitio formaliter voluntaria.

¶ Quarto principaliter arguitur contra diuiſionẽ aliquis eſt terminus qui nec eſt mentalis nec vocalis nec ſcriptus nec mixtus: ergo diuiſio mala. Antecedẽs probatur: capio aliquẽ habitũ in mẽte ſortis ille eſt terminus ⁊ nõ eſt mẽtalis nec mixtus: igitur. Minor probatur ſignificat proprie: ergo eſt terminus. Antecedẽs probatur: facit nos venire in noticiam alicuius: ergo ſignificat ꝓprie. Tenet ꝯña: q2 alias ſequeretur ꝙ terminꝰ vocalis nõ ſignificaret: conſequẽs eſt abſurdũ: igitur. Sequela probatur: ideo terminus vocalis dicitur ſignificare: quia facit nos venire in noticiam alicuius: ergo propter eandem cauſam ille habitus dicetur ſignificare vel ille vocalis non ſignificabit. Iam probatur añs ſcilicet ꝙ facit nos venire in noticiam alicuius ille habitus ſimul cum anima partialiter producit actũ: q2 eſt noticia: ergo facit nos venire in noticiã alicuiꝰ. Añs probatur: qñ habemꝰ habitũ facilius producimꝰ actũ ꝙ̃ qñ nõ habemꝰ ⁊ hoc nõ eſſet niſi habitus cõcurreret ad productionẽ actus ꝗ̃ ꝯcurrit ad ꝓductionẽ actꝰ. Iã probatur minor: ſcilicet ꝙ nõ ſit mentalis vocalis vel ſcriptus vel mixtus: ſi eſſet aliquid illorum maxime eſſet terminus mentalis: ſed hoc non: igitur. Minor probatur: nõ ſignificat naturaliter proprie aliquid vel aliqua vel aliqualiter: ergo non eſt terminus mentalis. Antecedẽs ꝓbatur nõ poteſt dari aliquid quod ſignificet mediãte ſe ⁊ nõ mediãte alio nec ſignificat aliqualiter mediante ſe ⁊ non mediante alio: ergo non ſignificat naturaliter proprie.

Et confirmatur ratio argumenti idem terminus eſt mentalis ⁊ ſcriptus: ergo diuiſio nulla. Conſequentia probatur: quia membra diuidentia debent eſſe oppoſita ⁊ aſſumptum probatur: ſi iſte terminus homo ſcriptus qui eſt nigredo/ponatur in potentia ſenſitiua bruti tunc erit mentalis ⁊ ſcriptus: ergo.

¶ Et confirmatur ſecundo iſta ratio: aliquis eſt terminus qui non eſſet mentalis/vocalis vel ſcriptus, vel mixtus: ergo diuiſio mala. Antecedens probatur: volo ꝙ vnus angelus imponatur ad ſignificandum omnes homines tunc ille angelus erit terminus ⁊ non erit mentalis/vocalis/vel ſcriptus vel mixtus: igitur. Maior probatur ſignificat proprie ergo eſt terminus. Antecedens probatur: ſignificat ad placitum proprie: igitur. Iam probatur minor/non eſt mentalis primo: quia non ſignificat naturaliter proprie nec eſt vocalis vel mixtus vt notum eſt nec etiam ſcriptus: quia non poteſt videri oculo corporali: igitur.

¶ Et confirmatur tertio iſta ratio/nihil diuiditur in illa diuiſione: ergo eſt mala. Antece-

dens probatur/vel diuiditur terminus mentalis vel vocalis vel scriptus/nullus istorum diuiditur: igitur nihil diuiditur. Minor probatur: si diuideretur terminꝰ vocalis sequeretur ꝙ membra diuidentia excederent diuisum: cõsequẽs est falsum: igitur. Seq̃la pbať aliqđ mẽbrũ diuidens verificať de termio mentali vt clarũ est ⁊ diuisũ nõ v̾ificať: igiť mẽbra diuidẽtia excedunt diuisum. Minor probatur diuisum est terminus vocalis ⁊ demõstrato termio mentali ista est falsa ⁊ impossibilis hoc est terminus vocalis ergo diuisum nõ verificatur. nec potest verificari de termino mentali.

¶ Ad argumentum respondetur negando añs ⁊ ad probationẽ nego maiorem/⁊ ad probationem nego ꝙ significet proprie: ⁊ ad probationem distinguo añs scʒ ꝙ faciat nos venire in notitiam alicuius. vel in ratione signi cui subordinatur ⁊ sic nego vel tanꝙ in suum effectum ⁊ sic concedo antecedens ⁊ nego ꝯñam ⁊ ad probationem nego sequelã ⁊ ad probationem nego ꝙ illa sit totalis causa quare terminus vocalis significat: dico ꝙ totalis causa est q: terminus vocalis facit nos venire in noticiaʒ alicuius in ratione signi cui subordinatur. i. tanꝙ in signum cui subordinatur. habitus vero non facit nos venire in noticiam alicuius in ratione signi cui subordinatur q: habitus non subordinatur actui quem producit sicut vocalis subordinatur mentali.

¶ Pro solutione prime cõfirmationis est notandum ꝙ quidam regens alcalensis in suis progymnasmatibus victus tam tenui ⁊ puerili argumento concedit id ꝙ argumentum pretendit scʒ quod idem terminus est mentalis ⁊ scriptus: sed quid ineptius aut vanius concedi potest ꝙ ꝙ aliquis sit terminus mentalis ꝙ non magis potest formaliter immutare potentiam cognitiuam ꝙ nigredo que est in camino quare admisso ꝙ talis nigredo ponatur in potentia sensitiua bruti: nego ꝙ propterea sit terminꝰ mentalis ⁊ causa est manifesta: quia sicut a nulla potentia cognitiua et obiectio talis nigredo potest produci: ita nullam talem potentiam potest formaliter immutare quod requiritur ad esse terminum mentalem.

¶ Ad primam confirmationem argumenti respondetur negando añs/⁊ ad probationeʒ admisso casu nego maiorem scilicet ꝙ ille angelus sit terminus ⁊ ad probationem nego cõsequentiam nam ad hoc quod aliquid sit terminus oportet vt dictum est ꝙ sit signum ponibile in ꝓpositione cõsueta mõ ille angelꝰ nõ est signũ ponibile in ꝓpositiõe ꝯsueta ⁊ ideo non est terminꝰ. Si vero supponas ꝙ ad hoc ꝙ aliq̃s sit terminꝰ sufficiat ꝙ significet proprie tunc dico ꝙ illa diuisio non est sufficiens: sed oportet addere vnum aliud mẽbrum pro talibus rebus que non sunt signa ponibilia in propositione cõsueta ⁊ erit ly o ⁊ dabitur sic diuisio. Terminorum alius mentalis alius vocalis/alius mixtꝰ ⁊ alius h.

¶ Ad secundam cõfirmationem argumenti respondetur negando añs/⁊ ad probationẽ negatur minor ⁊ dico ꝙ si diuisio fit in voce diuiditur terminus vocalis. Et si fiat in mẽte diuiditur terminus mentalis: ⁊ si in scripto diuiditur terminꝰ scriptus: ⁊ ad probationem negatur sequela ⁊ ad probationem negatur minor: ⁊ ad probationeʒ negatur consequẽtia ratio ẽ q: q̃n cõcedimꝰ ꝙ diuisũ est terĩnꝰ vocalis nolumꝰ dicere ꝙ diuisuʒ est hoc totũ terĩnꝰ vocalis: nec illđ ꝑdicatũ capitur materialiť: sed volumꝰ dicere ꝙ diuisuʒ ẽ aliq̃s terminus q̃ est vocalis ⁊ hoc ẽ verũ q: diuisuʒ est illa vox terminꝰ q̃ est terminꝰ vocalis ⁊ i illa diuisuʒ est terminꝰ vocalis ꝑdicatũ supponit personaliter ea propter non debes dicere hoc est terminus vocalis i verificatione diuisi: sed sic debes facere verificationem/ hoc est terminꝰ que est vera quocunꝗ termino demonstrato. Similis difficultas valet fieri cõtra diffinitionẽ termini ad ꝓbandum ꝙ nihil diffinatur ⁊ cõtra alias.

¶ Circa predicta dubitatur qualiter est reducenda diuisio data ad bimembrem. Ad hoc dico ꝙ sic potest reduci Terminorum alius mentalis/alius non mentalis: terminorum non mentalis alius vocalis/alius terminus non vocalis: terminorum non vocalium nec mentalium alius scriptus alius mixtus ⁊ ita proportionabiliter quelibet diuisio que non est bimembris potest reduci ad bimembrem quia non oportet nisi capere vnum membrũ pro vno membro ⁊ pro altero aggregatum ex diuisio et negatione infinitante illud membrum.

¶ Scdo dubitat an aliquis terminus mētalis possit cadere a sua significatione. Ad hoc dubium communiter respondetur per istaz propositionem scz nullus terminus mētalis potest cadere a sua significatiōe quid veritatis habeat ista ꝑpositio videbit per argumēta

¶ Contra istam cōclusionez varijs argumentis insisto. Primo sic capio istā propositionez mentalē vltimatam homo est animal et volo ꝙ illi termino homo addatur ille terminus mentalis nō vltimatus omnis secūdū significationem scdm quam significat ad placitum aliqualiter tunc illud totum aggregatū scz omnis homo est animal est terminus mentalis et potest cadere a sua significatione: igitur conclusio falsa. Maior est nota minor probatur: volo ꝙ vnus habens auctoritatem imponēdi et deponēdi deponat illuz terminuz omnis scdm se ꝛ quodlibet sibi sinonimum tunc ille termin⁹ mētalis cadet a sua significatione: ergo pōt cadere. Antecedens probatur tunc nō significabit immo erit ineptū aggregatū: ergo cadet a sua significatione. Antecedēs probatur: tunc ly oīs non potest determinare ly hō magis que ly asinus potest determinare ly homo: ergo constituit ineptū aggregatū

¶ Ad hoc argumētum dico ꝙ difficile ē dare illud aggregatū vt dictū est superius nihilominus illo dato concedo ꝙ ille terminus scz omnis hō est animal est terminus mentalis et ꝙ potest cadere a sua significatione et nego consequentiam: q: cōclusio intelligitur sic: nullus terminus mētalis pōt cadere a significatione naturaliter propria modo ille terminus non significat naturaliter proprie vt dictū est superi⁹: sed significat naturaliter proprie et ad placitum ideo non inconuenit ꝙ possit cadere a sua significatione.

¶ Contra hoc arguitur aliquis est terminus mentalis qui significat naturaliter proprie ꝛ potest cadere a sua significatione: igitur solutio nulla. Antecedēs probatur: ille termin⁹ oīs in ista mentali vltimata omnis hō est animal significat naturaliter proprie. q: volo ꝙ capiatur secundum significationem secūdū quā significat naturaliter proprie aliqualiter et pōt cadere ab illa significatione: igitur. Minor probatur. volo ꝙ illi toti propositioni addatur negatio tunc cadet a significatione / igitur / antecedens probatur. tunc non distribuit et antea distribuebat. ergo potest cadere a sua significatione.

¶ Ad hāc replicā respondetur negando antecedens et ad probationem nego minorem et ad probationem admisso ꝙ addatur negatio nego ꝙ cadat a sua significatione et ad ꝓbationem distinguo ꝙ non distribuat vel in ordine ad totā et sic concedo vel in ordie ad partem et sic nego. vnde in ordine ad illam. omnis hō est animal que est ps illi⁹ non oīs homo est animal distribuit et similiter potest distingui ꝙ non distribuat vel actu et sic trāseat vel in potentia propinqua: et sic nego. vnde si tollatur negatio distribuet: et per hoc nulla fiet impositio: ergo distribuit in potentia propinqua.

¶ Contra istam solutionem arguitur supponendo ꝙ pars propositionis non sit propositio tunc non distribuet et ante distribuebat: ergo cadet a sua significatione.

¶ Ad hanc replicam respondetur vno modo non admittendo suppositionem: nam vix ē sustentabilis illa opinio sine aliquo inconuenienti ꝙꝙ buridanus eam teneat.

¶ Alio modo data ipothesi gratia disputationis distinguo antecedens sicut dictum est vel actu et sic ꝯcedo illō vel in potiat propīqua et sic nego: naz si tollatur negatio distribuet

¶ Secundo principaliter arguitur ly est in ista mentali vltimata homo est animal significat naturaliter proprie et potest cadere ab illa significatione: ergo conclusio falsa / minor ꝓbat. ly ē vnit illic in ordīe ad istud istās et ab ista sig͡ atione pōt cadere igit pōt cadere a sua significatione naturaliter propria / maior probatur. vnit in ordine ad instans presens et non est aliud instans presens ꝙ illud: ergo vnit in ordine ad istud i az probatur minor scz ꝙ ab illa possit cadere lapso hoc instanti iā ly est nō vniet in ordine ad istud instans et nunc vnit ergo cadet a sua significatione. Si dicas ꝙ deus potest re producere idem instans et sic poterit vnire in potentia propinqua in ordine ad idem instans / supponam tūc ꝙ loquamur naturaliter et reddibit difficultas argumenti.

¶ Ad hoc argumentum loquendo supernaturaliter data est solutio: sed loquendo naturaliter nego minorem et ad probationem distinguo consequens vel a sua significatiōe i adequata / sic concedo si intelligas a sua significatione adequata nego consequentiam. vnde ly est illic habet duas significationes: scilicet vnire in ordine ad instans presens ꝛ ista est adequata et ab ista non potest cadere aliam significationem habet illic scilicet vnire in ordine ad istud instans et ab illa potest cadere; sed ista est in adequata ꝛ conclusio intelligi.

tur de significatione adequata.
¶Contra istam solutionem arguitur. significatio de ly est illic adequata est vnire in ordi-
ne ad istud instans presens et ab illa potest cadere vt concessum est: ergo potest cadere a
sua significatione adequata maior probatur. significatio adequata de ly est/est vnire in or-
dine ad instans presens et non est aliud instans ꝙ istud: ergo significatio adequata de ly
est est vnire in ordine ad istud instans.
¶Ad hanc replicam respondetur negando maiorem et ad probationem nego conseque-
tiam/patet instantia in simili significato adequata de ly fenix est significare phenicem et
non est alia fenix ꝙ ista: ergo significatio adequata de ly fenix est significare istam pheni-
cem. ¶Contra hanc solutionem arguitur. sequeretur ꝙ ly est in quolibet instanti
haberet aliam et aliam significationem consequens est falsum. ergo et antecedens / falsi-
tas consequentis probatur. sequeretur ꝙ esset terminus equiuocus ly est et per conse-
quens in mente vltimata esset equiuocatio/iam probatur sequela in isto tempore habet
vnam significationem et in tempore quod erit habebit aliam significationem: quia iam
erit aliud instans in ordine ad quod vnit: ergo in quolibet tempore: immo in quolibet in-
stanti habet aliam et aliam significationem.
¶Ad hanc replicam concedo sequelam procedens de significatione inadequata et nego
minorem et ad probationem nego sequelam: nam ad hoc ꝙ aliquis terminꝰ sit equiuocꝰ
non sufficit ꝙ habeat plures significationes inadequatas: sed oportet ꝙ habeat duas vel
plures adequatas.
¶Tertio arguitur. ly ille in ista mētali homo currit et ille mouetur significat homines na-
turaliter proprie et potest cadere ab illa significatione: ergo cōclusio falsa/minor proba-
tur. volo ꝙ illa cathegorica destruatur. scilicet homo currit et ponatur loco illius: ista scilicet asinꝰ
currit/tunc non significabit homines et antea significabit: ergo potest cadere a sua signi-
ficatione minor probatur. significat asinos ergo non significat homines tenet consequen-
tia: quia alias omnia entia mundi significaret.
¶Ad hoc argumentum duobus modis potest responderi vno modo negando minorem
et ad probationem non admittam ꝙ ly ille quod antea referebat illum terminum homo
possit referre illum terminum asinus et ratio poterit assignari quia ly ille q ad illam si-
gnificationem est sincathegoreuma et postꝙ fuit causatum a ly homo non potest referre
ly asinus: quia noticia omnium hominum et noticia omnium asinorum differunt specie
Alio modo potest responderi negando minorem et ad probationem admisso casu distin-
guo ꝙ non significabit homines vel actu et sic concedo vel in potentia propinqua et sic ne-
go. vnde si corrumpatur illa: scilicet asinus currit et producatur vna talis homo currit. tā
significabit homines et hoc erit in potentia propinqua. Contra hoc posset replicari pro-
bando ꝙ illud relatiuum significet omnia entia mundi in potentia propinqua similiter
inquirendo quomodo significat an naturaliter proprie vel naturaliter cōmuniter. Et dif-
ficile esset respondere sine aliquo incōuenienti: ideo melius est dicere primo modo: sed
de hoc latius in summulis dicetur.
¶Tertio dubitatur an propositio mentalis componatur ex pluribus partialibꝰ notitijs
quarum vna est subiectum et alia copula et alia predicatum.
¶Pro huius dubij enodatione est aduertendū ꝙ gregorius ariminēsis in prima questio
ne prologi primi sententiarum tenet partem negatiuam huius difficultatis et dicit ꝙ pro
positio mentalis nihil aliud est ꝙ quedam actus intelligendi simplex.
¶Contra istā opinionē multa argumēta possunt fieri: sed pro nunc breuitatis causa vali
diora in medium afferemus.
¶Arguitur igitur primo sic. sequeretur ꝙ in mente nullum esset verbū neque posset dari
consequēs est absurdum/igitur/sequela probatur. dato illo in mēte cū sint dabiles iste due
noticie: scilicet noticia sortis et noticia hominū: sequeretur ꝙ illis tribꝰ poterit cōstituit proposi-
tio et illa erit composita ex pluribꝰ partialibus notitijs quarum vna est subiectum et alia
copula et alia predicatū ergo opinio falsa. Itē etiā sequeretur ꝙ ly est in tertio adiacentē nulli actui
intelligendi possz subordinari/consequens est absurdum/igitur/sequela probatur si subor-
dinaretur alicui/oporteret ꝙ extrema essent et aggregatum ex illo et ex extremis esset propo
sitio composita ex pluribus partialibꝰ notitijs/igitur/ꝙ oporteret extrema esse/patet aucto-

ritate philosophi dicētis i tertio capite primi pibarmenias si ē purū dixeris nihil est ipor tat.n.quādā compositionē quā sine extremis non est intelligere.
¶ Secūdo arguitur sequeretur si opinio esset vera ꝙ nullus eēt silogismus in mente neqꝫ posset dari similiter sequeretur ꝙ nulla esset predicatio idemtica/similiter ꝙ nulla esset disparata/omnia ista sunt absurda igitur/sequela probatur.quo ad primam partem in silogismo debent esse tres noticie quarum vna est medium.alia maior extremitas:alia minor extremitas:sed secundum istam opinionem nulle sunt tales noticie distincte in mente ergo nullus est silogismus in mente maior pꝫ auctoritate philosophi in primo priorū quoad alias duas partes/probatur sequela ad hoc ꝙ aliqua sit predicatio disparata vel idētica oportet ꝙ vnus terminus predicetur de alio sed secundum istum modum nullus terminus in mente predicatur de alio:ergo in mente ē predicatio disparata vel idētica.
¶ Tertio arguitur.sequeretur ꝙ nulla cathegorica esset terminus complexus/ꝯn̄s est falsum/igitur/sequela probatur.quelibet cathegorica secundū istā opinionem subordinatᷓ actui simplici et incōplexo:ergo quelibet cathegorica est terminꝰ incomplexus:si dicas ꝙ nō oportet respicere ad terminū mentalē:sed ad vocalem vel scriptū sequeretur ꝙ aliqua esset cathegorica q̄ eēt terminꝰ icōplexꝰ/ꝯn̄s ē absurdū/igitᷓ/sequela probatᷓ.volo ꝙ illa littera a imponatur ad significandum tantum sicut ista homo est aīal/tunc illa litera a i voce et i scripto ē simplex et:in mente subordinatur per istam opinionē actui simplici:ergo siue respiciatur ad vocem siue ad mentem ly a est terminꝰ icomplexus et est propositio cathegorica facta illa impositione/igitur.
¶ Quarto arguitur. sequeretur ꝙ nullus posset esse descensus vel ascensus in mente/similiter nulla posset esse conuersio/consequens est falsum/igitur/sequela probatur.quo ad primam partem ad hoc ꝙ aliqua consequentia sit descensus/oportet ꝙ arguatur a termino communi superiori in supponendo ad terminos inferiores:sed nulli tales inueniūtur in mente precipue si descensus fiat per singularia vaga/igitur quo ad aliam partē ꝓbatur sequela ad hoc ꝙ aliqua sit conuersio/oportet ꝙ de subiecto fiat predicatum et de predicato subiectū.sed in mente nulla noticia inuenitur neqꝫ potest reperiri secundum illum modum que sit subiectum/igitur.
¶ Contra istam opinionem est philosophus in oībꝰ locis in quibus tractat de propōne.
¶ Ideo opinor cum philosopho partem assertiuam difficultatis.
¶ Contra istā opinionē arguitur:aliqua est mētalis nō cōposita ex pluribus partialibus notitijs et non est maior ratio de vna q̄ de alia/igitur/nulla ē cōposita ex pluribus partialibus notitijs maior probatur.deus est propositio mentalis ⁊ non est propositio composita ex pluribꝰ partialibus notitijs/igitur/minor probatur.est simplex et indiuisibilis:ergo nō cōponitur ex pluribus partialibus notitijs.
¶ Ad hoc argumentū facile respōdetur distinguendo maiorem vel intelligis de creata et sic nego vel de icreata et sic cōcedo ⁊ nego mīorē latū est discrimē inter creatorē ⁊ creaturā
¶ Contra istā solutionē arguitur aliqua est mentalis creata non composita ex pluribus partialibus noticijs/igitur solutio nulla/antecedens probatur.ista propositio.sortes est sortes mentalis non componitur ex pluribus partialibus noticijs/igitur/antecedens ꝓbatur.termini quibꝰ subordinantur ly sortes et ly sortes in voce constituunt vnam noticiā igitur non sunt plures noticie/antecedens probatur. per philosophum impossibile est duo accidētia solo nūero differētia eē in eodē subiecto q̄ ꝯstituāt vnū:sꝫ illi duo termini.s. noticia sortis ⁊ noticia sortis sūt in eodem subiecto et differūt solū nūero ergo ꝯstituūt vnū ēs.
¶ Ad hanc replicam respondetur negando antecedens et ad probationem nego antecedens et ad probationem potest negari ꝙ illi termini constituant vnam noticiam et ad dictū philosophi dico ꝙ intelligitur nisi illa distāt per aliquod coniungibile.alio modo potest respōderi cōcedēdo ꝙ illi termini constituant vnā noticiam ⁊ negādo consequentiā quia cum hoc stat ꝙ vna pars illius sit subiectum et alia predicatum et sic est composita ex pluribus partialibus noticijs et ex vno actu intelligendi:scꝫ ly est
¶ Cōtra istā solutionē arguitᷓ.seqretᷓ ꝙ eēnt due propōes i mēte eiusdē speciei quarū vna est possibilis ⁊ alia ipossibilis/ꝯn̄s est falsū/igitᷓ.
¶ Ad hoc concedo sequelā negādo minorē et dico ꝙ iste due in mente:scilꝫ sortes est sortes est plato sūt eiusdē speciei siue ratiōis et vna est possibilis ⁊ alia ipossibilis vt notū est.

Secundo principaliter arguitur. seq̄retur ꝙ vna eadem propositio mētalis esset ipossibilis ⁊ necessaria ꝯñs est absurdū igit/ sequela probat: capio istā mentalē nullus deus est: est impossibilis ⁊ necessaria/ igit sequela vera/ añs probat. illa est ipsamet ⁊ sua ps scꝫ deꝰ est ⁊ illa est necessaria ⁊ ip̄a est impossibilis: ergo est impossibilis ⁊ necessaria ⁊ cū nō habeat: nisi vnum sensum sequitur ꝙ eadem propositio in eodē sensu est necessaria ⁊ impossibilis ⁊ eodem modo potest probari ꝙ eadem sit contingēs ⁊ necessaria similiter vera ⁊ falsa.

¶ Ad hoc argumentum respondetur distinguendo sequelam vel ly ⁊ capitur cōplexiue ⁊ tūc de necessitate est concedenda: si vero teneatur diuisiue: tūc potest concedi ⁊ negari: si teneamus ꝙ vnū sincathegoreuma quod causatur ab aliquibꝰ terminis cathegoreumaticis nō pōt vnire alios terminos/ tunc illa est neganda si vero teneamꝰ oppositū est concedēda ⁊ tunc in mente vltimata est equocatio ponenda

¶ Contra istā solutionē arguit: sequeret ꝙ vnus ⁊ idem terminꝰ supponeret cōmuniter ⁊ discrete ⁊ confuse ⁊ distributiue ⁊ confuse tantum ⁊ determinate in vna propositione non habente nisi vnum sensum capiendo ly ⁊ ibi diuisiue/ ꝯñs videt absurdū/ igitur ⁊ antecedēs/ sequela probatur. capio istam propositionem mētalē. non oīs homo est iste hō ly hō qd̄ est p̄dicatum supponit discrete vt dictū est ⁊ supponit cōiter: qꝛ in ordine ad illaꝫ partem illius: scꝫ oīs hō est hō que est ps alteriꝰ ⁊ in ordīe ad illā ptem supponit confuse tantum ⁊ supponit distributiue: qꝛ in ordine ad illam pteꝫ illiꝰ: scꝫ nō oīs homo est homo distribuit ⁊ supponit determinate: quia in ordīe ad illam ptem homo est hō/ igitur/ sequela quo ad oēs partes vera/ falsitas ꝯñtis probatur. seu absurditas sequeret ꝙ sub termīo supponāte discrete valet descēsus ⁊ ascēsus copulatiuꝰ disiunctiuꝰ/ ⁊ disiūctiꝰ ꝯñs est fīm igitur sequela ptꝫ de illo termino homo in ordine ad diuersas partes illius propositionis assumpte/ falsitas cōsequentis probat sequeretur ꝙ ad veritatem propositionis in qua oēs termini supponunt determiate requiret veritas cuiuslibet ascendētis vel descēdentis qd̄ negatur ab oībus: igit sequela p̄batur. de illa p̄positione mētali: oīs hō/ oīs hō est. nā ad veritatē illiꝰ requirit veritas cuiuslibet descendētis: vel ascēdētis tñ omnes termini supponunt determiate: qꝛ in ordine ad illam partē illiꝰ scilicet homo/ homo est.

¶ Ad hanc replicam respondetur concedendo sequelam ⁊ negando minorem: ⁊ ad probationem concedo sequelam ⁊ nego minorem ⁊ ad probationem minoris concessa sequela nego iterum minorem ⁊ quando dicis quod illud negatur ab oībus dico ꝙ ipsi negāt quando tales termini supponunt in ordine ad talem propositionem determinate ⁊ non quando supponunt in ordine ad diuersas partes.

¶ Ex solutione argumenti sequuntur duo correlaria primū ꝙ eadem consequentia est bona ⁊ mala in eodem sensu capiendo ly ⁊ complexiue: nō tñ diuisiue.

¶ Sequitur secundo ꝙ vna ⁊ eadam propositione necessaria non habens nisi vnum sensum est duo contradictoria sibi inuicem cōtradicentia/ correlariū declarat capio istaꝫ mētalem: scꝫ nullꝰ homo est asinꝰ illa est necessaria ⁊ non habet nisi vnum sensum ⁊ est duo cōtradictoria sibi inuicem contradicentia: qꝛ est ip̄amet ⁊ sua pars scilicet ista. homo est asinus ⁊ illa ⁊ sua pars sunt duo contradictoria sibi inuicem contradicentia: ergo illa propositio scilicet nullꝰ hō est asinus est duo ꝯtradictoria sibi inuicem contradicentia multa alia argumenta possunt fieri: sed quia nimis transcenderent limites nostros: ideo alibi dimittimus discutienda.

¶ Sequitur de mentali reflexo ⁊ directo ⁊ vltimato et non vltimato.



Erminus mentalis diuiditur in terminum mentalem reflexum ⁊ in terminum mentalem directum. terminus mentalis reflexus est terminus mentalis representans adequate vnum terminum mentalem vt conceptus representans conceptum oīm hominum. dicitur notanter in diffinitione adequate: quia conceptus omnium entium bene representat vnū terminum mentalem: non tamen adequate: ⁊ ideo non dicitur reflexus: nam certum est ꝙ ille conceptus omnium entium multos conceptus representat: immo seipsum cum ipsemet sit ens.

De mētali reflexo directo: vltimato ⁊ nō vltimato.

Terminus mentalis directus est terminꝰ mētalis nō adequate representans terminum mentalem vt conceptus omnium hominum ⁊ cōceptus omnium leonum. Et aduerte ꝙ in propositione pro eodem capimus terminum mentalem ⁊ conceptum.

¶ Contra istas diffinitiones: arguitur. sequeretur ꝙ esset ꝓcessus in infinitum in istis cōceptibus reflexis / cōseques est falsum / igitur sequela probatur nō potest dari aliquis cōceptus reflexus quin ei correspondeat vel possit correspondere vnus alius reflexus: ergo est ꝓcessus in infinitum / antecedēs probatur: quocūq; conceptu reflexo dato / ille significat seipsum ⁊ non mediante se: ergo mediante alio: ⁊ per consequēs non est possibile dare aliquem reflexum quin ei correspondeat vel possit correspondere vnus aliꝰ reflexꝰ

¶ Ad hoc argumentū repondetur distinguendo sequelam: scʒ ꝙ sit dabilis processus in infinitum in conceptibus reflexis, vel ad istum sensum ꝙ non est possibile dare aliquem cōceptū reflexum quin ei correspondeat vel possit corrn̄dere vnus alius reflexus: ⁊ sic cōcedo sequelam ⁊ nego minorem: si vero intelligas ꝙ sit processꝰ in infinitum in reflexis i. ꝙ sint actualiter infiniti reflexi nego sequelam nec in illo sensu probatur

¶ Contra istam solutionem arguitur: sequeretur ꝙ esset dabilis aliqua noticia que non esset terminus: ꝯseq̄ns est falsuʒ / igitur / sequela probatur. volo qđ det minima noticia q̄ potest esse in rerum natura ⁊ volo qđ potentia actiua sortis terminet in decem noticias minimas ita ꝙ non possit habere aliquē aliū terminum mentalem vltra decem volo cum hoc ꝙ sortes habeat noticiā directā oīum hoīum ⁊ reflexā illius reflexe ⁊ sic ꝯsequenter vsq; ad decē / tūc sic arguo. decima noticia reflexa nō est terminꝰ: ergo aliqua est notitia q̄ non est terminus / antecedens probatur: non est signum ponibile in propōne: ergo non est terminus / antecedēs probatur. si posset poni in proposiōe maxie esset in aīa sortis formando illam copulā est: sed anima sortis non potest habere plures terīos ex ipothesi. qꝛ capacitas eius est repleta: ergo illa noticia non est signum ponibile in propositione.

¶ Ad hanc replicam respondetur negando sequelam ⁊ ad probationem admissis omnibus illis nego antecedens: ⁊ ad probationē nego cōsequētiam: ratio est: qꝛ repugnātia nō ꝓuenit ex parte significationis: sed ex parte potentie anime sortis que terminatur in decem: nam si esset maioris potentie: liquidum est ꝙ posset poni in ꝓpositione: nec valeret dicere ꝙ potest corrumpere aliquas illarum decem et tunc decima poterit poni ī propositione quia decima dependet in esse ⁊ conseruari ab alijs ⁊ si aliqua aliarū corrūpitur decima corrūpitur quod probat sic. ⁊ signemꝰ grā exempli ꝙ tertia reflexa corrumpitur tūc si tertia corrumpitur: ergo quarta corrūpit / tenet ꝯn̄a: qꝛ tertia est obiectū q̄rte ⁊ quarta est intuitiua: ergo quarta corrumpit: qꝛ ītuitiua nō potest esse sine obiecto pn̄te ⁊ sic p̄t probari ꝙ si quarta corrumpitur quinta corrumpitur: ⁊ sic consequenter vsq; ad decimaʒ ⁊ per consequens decima corrumpitur: immo semꝑ ad corruptionem prioris sequitur corruptio posterioris.

¶ Terminus mentalis adhuc diuiditur in terminum mentalem non vltimatū ⁊ in terminum mentalem vltimatum. Terminus mentalis non vltimatus est naturalis similitudo distincta termini proprie capiendo terminum. dicitur notanter distincta ad excludendum conceptum omnium entium: quia licet sit naturalis similitudo termini: non tamen distincta

¶ Unde per naturalem similitudinē distinctā intelligimꝰ naturalē similitudinem q̄ sic est vnius rei ꝙ non est alteriꝰ: hanc tn̄ diffinitionem quidā in suis terminis dicit non valere qꝛ conceptus de ly animal potest dici naturalis similitudo distincta. Sed si intelligat de conceptu illius termini animal certum est ꝙ diffinitio illi conuenit sicut diffinitum. Si vero intelligat de cōceptu oīum aīalium sicut debet intelligere euidēs est ꝙ nō est naturalis similitudo distincta: ⁊ sic pueriliter more solito hallucinatus est diffinitioneʒ autem non assignat: qꝛ aliam ab illa nequibat dare / verū dicit ipsam bn̄ elici ex dictis suis q̄ si aspicias non diffinitionem: sed choas cōtradictionemq; inferes dicitur notanter termini: qꝛ conceptus sortis bene est naturalis similitudo dicta rei: sed non termini: qꝛ sortes ad extra non est terminꝰ ⁊ ideo ille cōceptus non dicitur non vltimatus.

De mentali reflexo directo: vltimato et non vltimato.

Terminus mentalis vltimatus sic diffinitur est naturalis similitudo rei vel terminus significans naturaliter proprie aliqualiter prima particula ponitur propter terminos mentales cathegoreumaticos: secūda vero ponitur propter terminos sincathegoreumaticos/ exemplū prime diffinitionis vt conceptus huius vocis hō similiter huius vocis leo: et sic de alijs/ exemplum secunde diffinitionis quo ad primam partem vt conceptus omniū hoīm: et quo ad secundam pꝫ de ly oīs in mente in ista propositione. omnis homo est aīal et nota ꝙ ly rei in diffinitione conceptus vltimati tantuꝫ valet sicut rei vel rerum.

¶ Ulterius est notandum ꝙ quilibet conceptus est vltimatus vlterius et quilibet reflexꝰ est non vltimatꝰ: non tamen econtra.

¶ Et ex istis diffinitiōibꝰ solet inferri vnū correlariū ab aliquibus: scꝫ ꝙ de ratione conceptus nō vltimati ē significare ad placitū quid veritatis hēat videbitur ꝑ vnuꝫ argumētū.

¶ Cōtra istas diffinitiones multipliciter arguitur. prīo sic sequeret̄ ꝙ quilibet conceptus nō vltimatus eēt vltimatus/ ꝯñs est impossibile/ igitur/ sequela probatur. si esset aliquis qui esset non vltimatꝰ et non esset vltimatus maxie; esset cōceptꝰ huius vocis homo: sed ille est vltimatus/ igitur/ sequela est nota. et minor probatur. ille conceptus huiꝰ vocis homo est naturalis similitudo rei ergo est vltimatus. Jā probatur ꝙ cōsequēs sit impossibile est vna affirmatiua in qua vnū contradictoriorum affirmatur de altero: ergo est impossibilis/ añs probatur. illi duo termini: scilꝫ conceptus vltimatus et conceptus non vltimatus sunt termini contradictorij et vnꝰ affirmatur de altero: ergo maior probatur ille terminus conceptus vltimatus hꝫ aliquē terminū cōtradictoriorūꝫ ⁊ non nisi illum igitur.

¶ Ad hoc argumentū respōdetur negādo minorem concessa sequela et ad probationem nego antecedens et ad probationē nego maiorē ⁊ ad probationē nego minorē et dico ꝙ hꝫ istum non conceptus vltimatus nam vt videbitur ad dandum terminum contradictorium/ oportet preponere negationem.

¶ Cōtra istā solutionē arguitur. Ad illā propositionem sequitur contradictio: ergo est impossibilis/ antecedens probatur dato vno termio q̇ sit cōceptus vltimatꝰ et cōceptus nō vltimatus/ seqtur bñ iste est cōceptus vltimatus g̊ iste est vltimatꝰ et sequitur etiam bene iste est conceptus nō vltimatus: g̊ ē non vltimatus et iste due contradicunt. s. iste ē vltimatus et iste non est vltimatus vel ad minꝰ iplicāt/ igitur.

¶ Ad hāc replicā respōdetur negādo añs et ad probationē concedo ꝙ bñ sequitur in prima ꝯña et distiguo secūdā q: vel ly nō infinitat ly vltimatus et sic nego cōsequentiam: si vero nō infinitat: sed capitur in sensu diffinitionis date et sic concedo ꝙ bene sequitur: nec in illo sensu contradicit alteri vt notum est.

¶ Ex ista solutiōe; elicitur ꝙ ille terminꝰ ꝯceptus nō vltimatꝰ nō significat iuxta īpositionē suarū ꝑtium q: illa negatio illic nec tenet̄ negāter nec infinitanter nec aliq̇ alio modo valet illic sumi: nec mirerīs: q: logici nō habebāt aliquem terminū impositum per quem possent significare tales cōceptus ideo vocatur conceptus non vltimatus.

¶ Sed cōtra istā solutionē arguitur dupliciter prīo sic. sequeret̄ ꝙ cōceptꝰ vltiatus significaret ad placitū: hoc negat̄ ab oībꝰ/ igitur/ sequela ꝓbatur. quilibet cōceptꝰ nō vltimatꝰ significat ad placitū et quilibet nō vltimatꝰ ē vltimatꝰ: ergo vltimatꝰ significat ad placitū/ tenet consequentia in darapti et totū antecedens ē concessum.

¶ Scdō arguit̄. sequeretur ꝙ ista cōsequētia eēt bona: cꝫ aīal rationale est diffinitio: g̊ hō est diffinitio: sed hoc fuit negatū superiꝰ/ igitur/ sequela probatur si nō esset bona hoc nō esset q: arguitur terminis materialr̄ captis: sed hoc nō/ igitur/ mior probatur. sequeretur ꝙ capiendo suā synonimam in mente illa valeret/ consequens est falsum/ igitur/ sequela probatur nam tunc non arguetur terminis materialiter captis: ergo est bona.

¶ Ad istas duas replicas respondetur. Ad primā concedo sequelam et nego minorem ⁊ dico ꝙ illud negatur de conceptu vltimato qui cū hoc est non vltimatus: sed solum negatur de conceptu qui precise est vltimatus.

¶ Ad secūdam replicā nego sequelā et ad probationē nego maiorē et dico ꝙ lꝫ illa causa a multis assignetur nō tñ valet vt probatum est et posset etiam īpugnari ponendo ꝙ illi termini īponerēt̄ ad significādū seipos tūc i illa ꝯña nō cōmitteret̄ ille defectꝰ ⁊ adhuc nō

valeret ideo dico ꝙ cā ꝗre nō valeret ē qꝛ nō arguiᷓ ſm fictiones ſm ꝗs ſunt ꝯuertibiles

¶ Secundo principaliter arguitur. aliquis eſt cōceptus ꝗ nō eſt naturalis ſimilitudo diſtincta termini ⁊ eſt cōceptus non vltimatꝰ: ergo diffinitio mala/aūs ꝓbatur capio cōceptū huiꝰ ſcripture hō ⁊ volo ꝙ habeā illū cōceptum per aliqͦd tempus ⁊ ante finē illius temporis deſtruaᷓ illa ſcriptura/tunc ille erit ceptꝰ nō vltimatus ⁊ non erit naturalis ſimilitudo diſtincta termini igiᷓ antecedēs verū minor ꝓbatur. illa ſcriptura non eſt terminꝰ ergo ille conceptus non eſt naturalis ſimilitudo diſtincta termini: aūs pꝫ illa ſcriptura non eſt ens vel entia ergo non eſt terminus.

¶ Dices forte ad argumentum non admittendo caſum qꝛ noticia intuitiua non poteſt eſſe ſine obiecto pñte ⁊ poſtꝗ illa ſcriptura deſtruitur in illo tempore deſtruitur noticia intuitiua illius que eſt ille cōceptus non vltimatus.

¶ Contra hoc arguiᷓ: ſupponēdo illam opinionem que teneᷓ ꝙ notitia intuitiua obiecto deſtructo efficiᷓ abſtractiua ⁊ ſi non velis hoc admittere capiam conceptū abſtractiuū illius ſcripture quem poſſum formare illa ſcriptura deſtructa: tunc ille eſt nō vltimatus ⁊ nō ē naturalis ſimilitudo diſtincta termini: ergo diffinitio mala/mīor ꝓbatur: non eſt terminus illa ſcriptura ergo ille conceptus non eſt naturalis ſimilitudo diſtincta termini ⁊ ſic reddit difficultas argumenti.

¶ Ideo aliter reſpōdeo ad argumētū negādo aūs ⁊ ad probationem admiſſo caſu nego maiorē ⁊ ſi dicas fuit nō vltimatꝰ ⁊ ſuꝰ terminꝰ cuiꝰ ē naturalˀ ſimilitudo nō eſt depoſitus ⁊ ipē eſt ergo eſt cōceptꝰ nō vltimatꝰ nego ꝯñam ratio eſt: qꝛ ad hoc ꝙ aliquis ſit cōceptus nō vltimatꝰ nō ſufficit ꝙ ſit naturalis ſimilitudo termini: ſed oportet ꝙ ſit naturalis ſimilitudo termini qui eſt terminus proprie: ⁊ qꝛ illa ſcriptura non eſt terminus ideo cōceptꝰ illiꝰ nō eſt nō vltimatꝰ ⁊ ſcđm iſtū moduꝫ ꝑua aut nulla eſſet difficultas i argumēto

¶ Alio modo poteſt reſpōderi ad argumētū negādo aūs ⁊ ad probationē negaᷓ minorē ⁊ ad ꝓbationem negatur ꝯña. ratio eſt qꝛ ly termini āpliatur illic vſqꝫ ad imaginabilia: naꝫ iſta conceditur ab omnibꝰ cōceptus chimere eſt naturalis ſimilitudo chimere ⁊ non eēt vera niſi ly chimere ampliaretur vſqꝫ ad imaginabilia naꝫ alias illa eſſet falſa: quia ly chimere non ſupponeret.

¶ Cōtra iſtam vltimatā ſolutionē arguiᷓ: ſequeretur ſi illa ſcriptura homo deponeretur a ſua ſignificatiōe ꝙ conceptꝰ quē formarē poſtea de illa ſcriptura eſſet cōceptus nō vltimatus/ꝯñs eſt falſum/igitur/ſequela probatur ille conceptus eſt naturalis ſimilitudo diſtincta termini proprie capiendo terminū: ergo eſt conceptus non vltimatꝰ aūs ꝓbatur. ad veritatem illius ſufficit ꝙ illa ſcriptura fuerit terminꝰ proprie ⁊ nō requiriᷓ ꝙ ſit terminus ꝓprie vt dictū eſt: qꝛ ampliaᷓ ⁊ illa ſcriptura hō aū depoſitionem fuit terminꝰ ꝓprie ergo ille conceptus eſt naturalis ſimilitudo diſtincta termini proprie. Iam probatur falſitas ꝯſequentis: ſequeretur ꝙ conceptꝰ huiꝰ litere a eſſet nō vltimatꝰ/ꝯñs eſt falſum igitur ſequela ꝓbatur: ille ꝯceptꝰ illius lr̄e eſt naturalis ſimilitudo diſticta termini: ergo eſt nō vltiatus: aūs probaᷓ. ly termini ampliaᷓ illic vſqꝫ ad imaginabilia ⁊ illa litera a poteſt eſſe terminus: ergo conceptus illius litere eſt non vltimatus.

¶ Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelam ⁊ ad probationem nego aūs: ⁊ ad probationem dato ꝙ ly termini ampliet illud non ſufficit ad veritatem illiꝰ ſed cum hoc oportet ꝙ talis terminus nō fuerit depoſitꝰ qͦd non ſic eſt de illa ſcriptura.

¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur. ſequeretur ꝙ ſi attramentū ex quo lineabaᷓ ly hō maneret deſtructa lineatione ꝙ ille conceptus illiꝰ atramenti eſſet nō vltimatꝰ/cōſequēs eſt falſum igitur/ſequela probatur. eſt naturalis ſimilitudo diſtincta termini: quia illud attramentū fuit terminꝰ ⁊ illͦd atramētū nō fuit depoſitū: ergo eſt nō vltimatꝰ. Iā ꝓbaᷓ falſitas ꝯñtis: ſeqreᷓ ꝙ ꝗlibet conceptꝰ atramēti eſſet nō vltimatꝰ/ꝯſequēs eſt falſuꝫ igitur/ſequela ꝓbatur: quilibet eſt naturalis ſimilitudo diſtincta termini ⁊ nō fuit depoſitū aliqͦd attramētum/igiᷓ ꝗlibet conceptꝰ attramenti eſt non vltimatus.

¶ Ad hanc replicā reſpondetur negando ſequelam ⁊ ad probationē nego minorem ſalte partialiter intelligendo: nam dictuꝫ eſt ſuperius ꝙ ꝗlibet ſcribent partialiter imponit i ꝟtute ꝑoris impoſitiōis ⁊ per ꝯñs ꝗlibet partialiter deponit qñ deſtruit aliquā lineationē

Et ex ſolutione iſtius argumenti poteſt elici intellectio diffinitionis conceptus non vl

timati. vnde sic intelligitur concept⁹ non vltimat⁹ est naturalis similitudo distincta termini .i. naturalis similitudo distincta termini qui est vel fuit termin⁹ pprie & nō est depositu⁹.

¶ Tertio principaliter arguitur: aliquis est conceptus non vltimatus qui nō est naturalis similitudo distincta termini: ergo diffinitio mala antecedēs probatur: capio conceptum huius scripture a est b ille est conceptus non vltimat⁹ & nō est naturalis similitudo distincti termini: ergo antecedens veruȝ / minor pbatur: quia illa scriptura non est termin⁹ ergo conceptus illius scripture non est non vltimatus / antecedēs probatur illa scriptura non significat naturaliter proprie neq; ad placitum: ergo nō est terminus / añs quo ad primā partē est clarū quo ad secūda probat. si significaret ad placitū maxime significaret ex impositiōe sed hoc non igit / sequela est nota minor probat. si significat & ex impositione maxime significaret ex impositionibus partium: sed hoc nō igit / minor probat. solum vna pars est imposita: ergo nō significat ex ipositionibus partium. Iā probatur maior. illa scriptura est termin⁹: ergo cōceptus illi⁹ est nō vltimatus añs probat. illa scriptura est propositio: ergo est termin⁹ pprie añs probat: est oratio verum vel falsum significans indicando: ergo est propositio.

¶ Ad hoc argumentum respondetur negādo añs & ad probationem nego minorē & ad pbationē nego añs: & ad probationē nego q illa scriptura non significet ad placitū: & ad pbationē distinguo seqlaȝ vel formaliter & sic nego vel equivalēter & sic concedo & nego minorem intelligēdo semp equivalēter & ad pbationem nego illā ɔñam: scȝ solū vna ps est imposita: ergo non significat ex impositionibus partium: nā in talibus impositio vni⁹ partis sincathegoreumatice sufficit ad impositionem totius

¶ Et si petas quare impositio partis sincathegoreumatice sufficit potius q̄ cathegoreumatice. Ad hoc dico q ratio est: q; si deponat sincathegoreuma q̄tumcunq; alij termini sint impositi totū aggregatū efficitur ineptum vt lucet de isto aggregato. hō est aial: si em̄ deponat ly est illud totum erit ineptum. Si vero deponantur termini cathegoreumatici & sincathegoreumatici habeāt suā ppriā significātiā totū aggregatū adhuc est aptū vt liq̄t de aggregato assumpto.

¶ Cōtra istam solutionē arguit: sequeretur quod aggregatum ex viginti terminis non significativis & vno significativo esset terminus proprie & significaret ex impositione iuxta compositionem suarum partium / consequēs est falsuȝ. igitur sequela probatur. vbi sunt due partes non significative & vna significativa ipositio vni⁹ partis sufficit ad impositionem totius: ergo vbi erūt vigīti sufficit & tenet ɔñā: q; nō est maior ratio de vno q̄ de alio & añs est cōcessum. Iam pbatur falsitas ɔñtis. illud aggregatum erit ineptum: ergo nō est termin⁹ antecedēs pbatur illi termini nō possunt se invicem determinare: ergo cōstituunt ineptum aggregatum.

¶ Ad hanc replicam respondetur negando sequelam & ad probationem nego ɔñam & nego q non sit maior ratio de vno q̄ de alio: imo dico q ratio quare in vno sufficit impositio partis & non in altero est quia ly & vel aliqua alia coniunctio seu copula non potest vnire nisi duos terios nō significativos & nō plures & si sit in voce vel in scripto pvenit illi ex impositione si in mente ex natura sua hoc liquet ex grammatica.

¶ Contra istam solutionem arguitur. ly & potest vnire plures terminos q̄ duos ergo solutio nulla: antecedens probat. volo q ly & sit in scripto & in circuitu illius ponant decē termini / aliqui superius / aliqui inferius / aliqui in lateribus: & sic consequenter / tunc vniet omnes illos: ergo potest vnire plures q̄ duos / añs probat. nam vnus potest cōcipere q vniat duos illorum & vnus alius alios duos immo ille idē potest sic cōcipere & sic consequenter / igit vniet omnes illos ad minus in potentia propinqua.

¶ Ad hanc replicam respondetur negando antecedens & ad probationem distinguo antecedens vel secundum vnam significationem & sic nego: & ita intelleximus quod diximus q ly & non potest nisi vnire duos terminos vel secundum diversas & sic concedim⁹ nec in illo sensu fuit negatum.

¶ Quarto pricipaliter arguit: aliq̄s est terminus q̄ nō est vltimat⁹ neq; nō vltimat⁹: ergo divisio mala / añs probat. cōcept⁹ hui⁹ scripture hō est con-

ceptus secundum significationem secundum quam significat omnes homines ad placitum et non est vltimatus secundum illam significationem neq̃ est non vltimatus secundum illam signficationem ergo diuisio mala maior probatur. ille conceptus illius scripture est terminus secundũ illam significationem et non est mixtus neq̃ vocalis neq̃ scriptꝰ ergo est mentalis et vltra est mentalis: ergo est conceptꝰ vel actꝰ intelligendi vel mixtus ex his et non duo vltimata vt lucidum est: ergo primum. Jam probatur minor: nam non est naturalis similitudo alicuius rei secundum illam significationem ergo non est vltimatus neq̃ vltimatus non secundum illam.

¶ Ad hoc argumentum respondetur negando antecedens et ad probationem nego consequentiam et dico ꝙ non inconuenit ꝙ diuisum verificetur de aliquo cum aliquo addito et ꝙ nullum membrorum diuidentium verificatur de illo cum simili addito instãtia patet de ista diuisione que est optima entiuꝫ. aliud creans. aliud non creans: tamen diuisuꝫ verificatur de deo cum aliquo addito et nullum membroruꝫ diuidentium verificatur de illo cum simili addito nam ista est vera hoc est ens quod necessario est ens et quelꝫ istaꝝ est falsa immo heretica. hoc est creãs quod necessario est creãs hoc est non creans quod necessario est non creans.

¶ Contra istam solutionem arguitur. sequeretur si ille conceptus significaret ad placituꝫ omnes homines ꝙ conceptus reflexus representans conceptum omnium hominum significaret oẽs homĩes/ consequẽs est falsum/ igitur/ sequela ꝓbatur. ille reflexus est naturalis similitudo distincta termini representantis omnes homines: ergo significat omnes homines/ consequentia probatur ideo conceptus non vltimatꝰ huius scripture hõ significat omnes homines ad placitum: q2 est naluralis similitudo termini representãtis omnes homines: ergo propter eandem causaꝫ ille reflexus significabit omnes homines tenet consequentia: quia per philosophum idem inq̃tum idem semper natum est facere idem. Jam probatur falsitas consequentis non significat ille reflexus omnes homines naturaliter neq̃ ad placitum neq̃ aliquo alio modo/ igitur/ ꝙ non significet ad placitum lucidum est ex se ꝙ non significet naturaliter patet nõ significat naturaliter proprie neq̃ naturaliter communiter neq̃ naturaliter ex instinctu nature/ igitur/ nullo modo significat ꝙ non significet naturaliter proprie probatur. non significat mediante se vt notuꝫ ẽ/ igitur/ non significat naturaliter proprie ꝙ non significet naturaliter communiter/ patet/ non cõcurrit in ratione obiecti adequati ad productionẽ illiꝰ: ergo non significat naturaliter communiter/ aliud membrum non eget probatione.

¶ Ad hanc replicam respondetur negando sequelam et ad probationem negatur consequentia et ad probationem nego ꝙ conceptus non vltimatus significet: ideo omnes homines: quia est naturalis similitudo termini representãtis omnes homĩes: sed dico ꝙ ratio quare significat est quia fuit impositus ad significandum omnes homines: nam quãdo imponebatur vox imponebatur/ quelꝫ scriptura et quilꝫ conceptus non vltimatus sibi correspondens. modo non sic est de illo reflexo: nam nunq̃ fuit impositus. Et nisi obstaret communis modus negarem ꝙ conceptus non vltimatus huius vocis. homo significet homines ad placitum: sed quia communis modus ita dicit et non est deuianduꝫ gratis et sine magno argumento a communi modo: ideo responsum est taliter.

¶ Contra istã solutionẽ arguit. ille reflexus facit nos venire in notitiã oĩm hoĩ: ergo representat oẽs hoĩes añs ꝓbatur repñtat 9ceptũ repñtãtẽ oẽs hoĩes: ergo facit nos venire in notitiã oĩuꝫ hominũ. Jã probat cõsequẽtia. sequeret ꝙ nullꝰ terminꝰ vocalis significaret aliquid/ consequens est absurdum/ igitur/ sequela probatur ideo vocalis significat aliquid quia facit nos venire in notitiam illius ergo propter eandem causam ille reflexus significabit omnes homines postq̃ facit nos venire in notitiam omnium hominum.

¶ Ad hanc replicam respondetur distinguendo an[tece]dens: vel quod facit nos venire in notitiam omnium hominum in ratione signi cum subordinatur: et sic nego: nam ille reflexus non subordinatur illi directo: sed econtra directus subordinatur illi reflexo: si vero intelligas in ratione signati concedo antecedens et nego consequentiam et ad probationem nego sequelam et ad probationem nego ꝙ vocalis ideo significat aliquid: quia facit nos venire in notitiam illius: sed ideo significat aliquid: quia facit nos venire in notitiã illius in ratione signi cui subordinat: nam vocalis subordinatur illi notitie non sic est de

reflexo vt dictum est instantia huius/patet de conceptu representante omnes terminos: nam ille facit nos venire in noticiam omnium hominum: tamen non significat oēs homines: ratio est quia non facit nos venire in ratione signi cui subordinatur: sed in ratione rei signate vel significate per ipsum ꝙ faciat nos venire in noticiam omnium hominum: patet significat omnes terminos ⁊ noticia omnium hominū est terminus: ergo facit nos venire in noticiam illius: sed hoc est in ratione rei significate vt dictū est. Et si aliquis velet concedere ꝙ conceptus reflexus significat illud quod significat conceptus directus/ opꝫ fingere vnū modū sigādi nouū ꝓ talibꝰ teris. Jdō lōge satius est dicere sicut dictū est

¶ Quinto principaliter arguitur. aliquis est terminus mentalis qui non est vltimatus neqꝫ non vltimatus ergo diuisio mala/antecedens probatur capio istam propositionem homo est animal in mēte vltimata ⁊ volo ꝙ addatur illi ille conceptus non vltimatus ōis scdm significationem secundum quam ad placitum distribuit. ita ꝙ resultet hoc totū omnis homo est animal/tūc totum est terminus mētalis ⁊ non est vltimatus neqꝫ non vltimatus: ergo antecedens verum maior est nota/minor probatur non significat naturaliter proprie: ergo nō est vltimatus neqꝫ nō vltimatus: ⁊ si dicas ꝙ de significatione partiali significat naturaliter proprie loquor de totali ⁊ tunc redit difficultas. Si nō admittas ꝙ ille terminus omnis possit distribuere illum terminum homo secundum significationem secundum quam significat ad placitum.

¶ Contra sequeretur ergo ꝙ non deberes cōcedere ꝙ ille conceptus nō vltimatus huiꝰ vocis omnis significet ad placitum aliqualiter/cōsequens est falsum. igitur/sequela ꝓbatur. nunꝙ exercuit neqꝫ potest exercere officium distribuendi: ergo non significat ad placitum aliqualiter ⁊ vt consequentia habeat maiorem apparentiam adde antecedenti et repugnantia non prouenit ex parte impositionis.

¶ Et confirmatur ista ratio capio aggregatum ex conceptu omniū hominum ⁊ ex illo actu intelligendi est ⁊ ex conceptu non vltimato huiꝰ vocis animal secundū significationeꝫ secūdum quā significat omnia animalia ad placitum ita ꝙ resultet ista propositio homo est animal/tūc illa propositio est terminus mentalis ⁊ nō est vltimatus neqꝫ nō vltimatꝰ ergo diuisio mala/maior est nota/minor pōt probari sicut ꝓbata est minor argumēti.

¶ Si forte dicas ꝙ non est dabilis talis terminus in mente.

¶ Contra sequeretur ꝙ esset dabilis aliquis terminus qui significaret proprie secundum aliquam significationē ⁊ non potest poni in propositione secūdum illam ⁊ repugnantia non prouenit ex parte impositionis nec ex parte capacitatis anime/consequēs videt absurdum, ⁊ contra communem diffinitionem termini: ergo ⁊ antecedēs sequela probatur ille conceptus nō vltimatus huius vocis animal non potest poni in propositione secundum significationē secūdum quam significat animalia ad placitum ⁊ significat animalia ad placitum proprie/igitur aliquis est dabilis talis antecedēs probat. quia dato opposito sequitur ꝙ est dabile aggregatum confirmationis quod erat probandum.

¶ Propter hoc igitur admitto talia aggregata in mēte ⁊ ad argumentum ⁊ cōfirmationē respōdeo cōcedendo ꝙ quodlibet tale aggregatum est terminus mētalis ⁊ ꝙ non est vltimatus neqꝫ nō vltimatus: ⁊ cum infertur: ergo diuisio mala/nē Jdo consequētiam: quia intelligitur de termino mētali incōplexo ⁊ nō de complexo. vnde si velis loqui indifferenter de complexo ⁊ incomplexo/dico ꝙ aliter debet dari diuisio: vnde sic debet dari. terminorum mētalium alius vltimatus. alius nō vltimatus: ⁊ alius mixtus ex his. Et cōtra istam nō militat argumentum neqꝫ aliquod aliud potest militare ⁊ si petas quomodo significēt talia aggregata an naturaliter vel ad placitum responsum est superius.

¶ Sexto principaliter arguitur contra illud correlarium. s. ꝙ de ratione coceptus nō vltimatus est significare ad placitum aliquis est conceptus nō vltimatus qui non significat ad placitum: ergo correlariuꝫ falsum/antecedēs probat. conceptus reflexus representās cōceptum directum oīm hoīm est conceptus nō vltimatus ⁊ non significat ad placitum: igitur/añs verum/maior probatur. est naturalis similitudo distincta termini: ergo est conceptus non vltimatus. Jam probatur minor ille nunꝙ fuit impositus neqꝫ directus cuius est naturalis similitudo/igitur.

¶ Ad hoc argumentum respondetur negando consequentiam: quia correlarium intelli

gitur de conceptu non vltimato non reflexo. modo ille est reflexus.

¶ Contra istam solutionem arguitur: conceptus huius litere a est non vltimatus et non reflexus ⁊ nõ significat ad placitũ: ergo adhuc intelligẽdo illo modo correlarium est falsum maior probatur. est naturalis similitudo distincta termini: ergo est non vltimatus: si dicas ꝙ capis terminum proprie ⁊ stricte in diffinitione conceptus non vltimati ⁊ ꝙ illa littera a non est terminus proprie: ⁊ ideo conceptus illius litere non est non vltimatus.

¶ Contra hoc arguitur. volo pro illa litera sit scripta in pariete: ⁊ volo ꝙ vnus habens auctoritatem imponendi dicat. volo ꝙ illa litera a imponatur ad significandum omnes homines ⁊ nolo ꝙ aliqua alia litera nec alius terminus similis illi imponatur / tunc conceptus illius litere a est conceptus non vltimatus ⁊ non significat ad placitum: ergo solutio nulla / minor probatur. ille cõceptus nõ fuit impositus: ergo non significat ad placitũ

¶ Ad argumentum responsum est vsq; ad hanc vltimam replicam ad quam admissa illa impositione concedo ꝙ conceptus illius litere a est conceptus non vltimatus: similiter ꝙ non significat ad placitum ⁊ cum infers: ergo solutio nulla / nego cõsequẽtiam: q: correlarium intelligitur regulariter procedendo: modo ille casus non regulariter contingit: nã certum ꝙ quando aliqua vox imponitur / imponit quilibet terminus sibi similis.

¶ Contra istam solutionem arguitur. sequitur ergo ꝙ stat dare conceptum non vltimatũ non significantem ad placitum: ergo non est de ratione conceptus non vltimati significare ad placitum / tenet consequentia: quia illud dicitur de ratione alicuius quando nõ stat illud esse quin sit tale: sed stat ꝙ ille conceptus sit non vltimatus ⁊ ꝙ non significet ad placitum. ergo non est de ratione illius significare ad placitum. Ad hoc dico ꝙ illud correlarium nõ capit in rigore: sed capitur loco huius propositionis: scilicet omnis conceptus non vltimatus significat ad placitum.

¶ Contra hoc arguitur. volo ꝙ sint duo homines vnus latinus. alter ignorans latinũ: latinus proferat istam vocem homo. ille conceptus quem formabit ignorans latinũ est cõceptus non vltimatus ⁊ non significat ad placitum: ergo intelligendo correlariũ illo modo adhuc est falsum maior probatur. est naturalis similitudo distincta termini: ergo est cõceptus non vltimatus / consequentia tenet a diffinitione ad diffinitum ⁊ antecedens probatur. est naturalis similitudo distincta illius vocis homo ⁊ illa vox homo est terminus proprie: ergo est naturalis similitudo distincta termini iam probatur minor: scilicet ꝙ nõ significat ad placitum non significat illi greco in potentia propinqua nec alicui alteri potest significare saltem naturaliter: ergo non significat ad placitum.

¶ Ad hanc replicam respondetur negando maiorem ⁊ ad probationem nego consequẽtiam ⁊ dico ꝙ non capis totam diffinitionem: quia diffinitio conceptus non vltimati intelligitur sic: Conceptus non vltimatus est naturalis similitudo distincta termini qui est terminus proprie. apud illum cuius est conceptus modo ille terminus homo non est terminus proprie apud illum ideo ille conceptus non est non vltimatus.

¶ Circa predicta dubitatur an cuilibet propositioni significanti ad placitum correspondeant duo termini mentales quorum vnus est vltimatus ⁊ alius non vltimatus. Ad hoc respondet aliquis in suis g[?] minimis affirmatiue sed hoc est manifeste falsum: Nam multe sunt propositiones significantes ad placitum quarum nulla est vnum ens ⁊ nulli tali correspondet vnus terminus mentalis non vltimatus: sed bene correspondẽt multi vltimati. Ideo aliter respondeo ad dubium per duas propositiones.

¶ Prima est ista cuilibet propositioni significanti ad placitum que est vnum ens correspõdent duo termini mentales quorum vnus est non vltimatus ⁊ incomplexus in significãdo talem propositionem ⁊ alius est vltimatus complexus significans naturaliter prope propositionaliter scilicet vere vel false.

¶ Secunda propositio: non oportet ꝙ propositioni que non est vnum ens correspondeant duo tales conceptus quorum vnus sit vltimatus ⁊ alius non vltimatus representãs talem propositionem.

¶ Sequitur de termino complexo ⁊ incomplexo.

De termino complexo et incomplexo.



Terminus adhuc diuiditur in tota sua communitate in terminum cõplexum et incomplexum.

¶ Terminꝰ complexꝰ sic diffinitur: est terminꝰ hñs plures partes significantes iuxta totalem significationẽ eius formaliter vel equiualẽter. Dicitur in diffinitiõe hñs plures partes ꝛc. ad differẽtiã termini incõplexi. Dicit̃ iuxta totalẽ significationem eius ad excludendũ istos terminos dñs et magister: nã lȝ quilibet eorum habeat partes significãtes nõ tamen iuxta totalem significationeȝ eius: nã iste terminus dñs hȝ istas duas partes scȝ do/et minus/quarũ quelȝ est significatiua vt notum est. Similiter ly magister hȝ ly magis/et ly ter. Dicitur formaliter propter istũ terminũ complexum homo albus q̃ habet partes expresse. Dicitur equiualenter propter istam litteraȝ a. si imponatur ad significãdũ tm̃ quãtũ hoc totum homo niger: nam licet non haberet partes formaliter haberet tamen equiualẽter/qꝛ mentalis cui subordinaretur haberet.

¶ Ex ista diffinitione lucet manifesta ignorantia cuiusdam concedentis in suis disceptationibus deceptiones intelligo semper istud aggregatum iste homo vel asinꝰ esse terminum incõplexũ et inferentis istud aggregatum iste hõ albus non esse terminum complexum: fuit eñ deceptus: qꝛ diffinitionẽ termini singularis credidit esse diffinitionem termini incõplexi vti diffuse declarauimus in capite de nomine nostre expositiõis in primũ tractatum summularum magistri petri hispani.

¶ Terminus incomplexus sic diffinitur: est terminꝰ nõ hñs plures partes significantes iuxta totalẽ significationem eius formaliter vel equiualenter vt ly hõ: similiter ly animal. Particule huius diffinitionis clarent ex declaratione aliarum.

¶ Terminꝰ complexus diuidit̃ in terminũ cõplexuȝ complexione distanti et terminuȝ cõplexuȝ cõplexione indistanti. Terminus complexus complexione distãti sic diffinitur: est terminꝰ cõplexus cuius partes principales coniungũtur per aliquod coniungibile formaliter vel equiualenter exemplũ ptȝ de ista propositiõe homo est aĩal. Dicitur in diffinitione cuius partes principales ad differentiã huiꝰ aggregati rationale vel irrationale q̃d currit posito ꝙ ly quod referat totũ disiunctum: nã licet partes cõiunguntur per aliquod coniungibile nõ tñ principales. Alie particule ex se lucide sunt.

¶ Terminus complexus complexione indistanti sic diffinitur: est terminus cõplexus cuius partes principales non coniunguntur per aliquod coniungibile formaliter vel equiualenter: exemplum patet de isto termino homo albus. Ex istis diffinitionibus infertur ꝙ idem in suis terminis cum erroribus suorum pñcipiorum fallitur: dicit enim ꝙ potest sustentari istos terminos entia que sunt sortes iste homo vel asinus esse terminos complexos complexione distanti supposito ꝙ ly iste cadat in totuȝ disiunctum. Sed lucet clarius sole ꝙ nulliꝰ talis termini partes principales coniunguntur ꝑ aliquod coniungibile nam partes primi termini principales sunt ly entia et ly que sunt sortes et notum est ꝙ iste partes non coniunguntur per aliquod coniungibile. Similiter partes principales in secundo termino sunt pronomẽ demonstratiuum et illud disiunctum et certum ꝙ non coniunguntur per aliquod coniũgibile: immo se habent tanq̃ determinatio et determinabile ergo nullus illorum terminorũ potest dici terminus complexus complexione distanti. Et si iste diffinitiões regentis mei sciuisset in illum errorẽ non incidisset: sed tanq̃ luculentus sua absurda et non absurda optima reputat.

¶ Contra istas diffinitiones multifariam arguitur primo sic: ly currit non est terminus complexus et illi conuenit diffinitio termini complexi: igitur diffinitio mala. Maior probatur. est terminus incomplexus: ergo non est complexus. Tenet consequentia saltẽ intelligendo secundum illam significationem ẜm quã est incõplexꝰ. Et antecedens probatur auctoritate philosophi in secundo capite predicamentorum: nã ibi dicit alia sine complexione dicuntur vt homo bos/currit vincit. Similiter in tertio capite prime perihermenias asserit ꝙ ly currit est verbum secundum logicum et ad hoc ꝙ sit verbum secundum logicum oportet ꝙ sit terminus incomplexus vt ipsemet philosophus ibidem testatur: igitur est terminus incomplexus. Jam probatur minor: scilicet ꝙ illi conueniat diffinitio termini complexi habet plures partes significantes iuxta totalẽ significationẽ eiꝰ equalẽ

ter igitur illi conuenit diffinitio termini complexi. Añs patet: equiualet huic est currens
et hoc habet partes ꝛc. igitur.

¶Ad hoc argumētū respondetur ab aliquib⁹ negando maiorem et ad auctoritates phi
losophi respondent ꝙ exēplorū non requiritur veritas ꝛ ꝙ exempla ponimus non vt ita
sint: sed vt adiscentes addiscant.

¶Sed cōtra istā solutionē posset replicari probando ꝙ nullum verbū est infinitabile ꝛ ꝙ
male ponitur illa particula finita in diffinitione verbi: sed de hoc diffuse videbitur in ca-
pite de verbo vbi videbitur ꝙ ista opinio repugnat dictis philosophi. Ideo aliter respō-
detur ad argumentum negādo maiorē/et ad probationem negatur añs/et ad probatio-
nem distinguo maiorem scꝫ ꝙ equiualeat illi aggregato est currēs vel in consequendo et
sic concedo maiorē et nego consequētiam/vel in significando et sic negatur: vnde illi ter
mini dicuntur equiualere in consequendo q̄ sic se habent ꝙ affirmatio vnius: respectu cu
iuscunqꝫ suppositi infert affirmationē alterius et ecōtra vt sunt illi duo scꝫ ly currit et ly est
currens: nā optime sequitur respectu cuiuscunqꝫ suppositi hoc currit: ergo hoc ē currēs
similiter hoc est currens: ergo hoc currit. Illi termini dicuntur equiualere in significan-
do qui significant oīno eodem mō aliquid vel aliqua vel aliqualiter vel aliquid aliquali-
ter vel aliqua aliqualiter per ly codē mō intelligo ꝙ si vn⁹ significat complexe alter signi
ficet complexe et si significet incomplexe ꝙ alter significet incomplexe et si absolute: ab
solute: et si cognotatiue: cognotatiue.

¶Contra istam solutionē arguitur: nisi equiualeret illi in significando sequeretur ꝙ idē
terminus esset predicatū et copula et idem termin⁹ vniret seipsum cum alio et ꝙ verbum
distribueretur: similiter ꝙ supponeret et ꝙ sub eo posset fieri ascensus et descensus: sed
omnia ista videntur absurda: igitur. Sequela probatur quo ad omnes partes capiendo
istam sortes non currit ī mēte: nam ly currit illic est predicatū ꝛ copula vnit seipsum cum
alio et distribuitur ab illa negatione non: et valet descensus et ascensus sub illo. Iam pro
batur minor: quodlꝫ verbū est sincatbegoreuma significatiōe tm̄: ergo non pōt distribui
neqꝫ supponere et per cōsequēs non pōt fieri descensus ꝛ ascensus. Añs probatur: ly est/
est sincatbegoreuma significatiōe tm̄ et idē est iudiciū de quolꝫ alio verbo igitur q̄dlibet
est sincatbegoreuma significatione tantum. Añs probatur auctoritate phi in tertio capi
te primi peryarmenias sic dicentis: si est purū dixeris nihil est. i. nihil significat: ergo seq̄
tur ꝙ est sincatbegoreuma significatione.

¶Ad hāc replicā respondetur concedendo sequelam et negando minorē/et ad probatio
nē nego añs et ad probationē nego maiorē/et ad auctoritatē phi dico ꝙ loquebatur de
ly est solū ꝫm significationem partialē ꝫm quam significat aliqualiter: nā immediate sub-
dit cosignificat autem quādā compositionem quam sine extremis non est intelligere. Un
de est sciendū vt superius dictū est ꝙ ly significat aliquid et aliqualiter de significatione
totali et de partiali significat aliquid similiter aliqualiter.

¶Cōtra istā solutionem arguitur: sequitur bene habet significationē partialem: ergo hꝫ
significationem prouenientem ab aliqua parte: et per cōsequēs sequit̄ ꝙ est termin⁹ com
plexus: quod erat probādum.

¶Ad hoc nego illā cōsequētiā vnde dupliciter dicitur aliqua significatio esse partis. Uno
mō dicitur respectiue ad totalē et isto mō concedimus ꝙ ly est habet significationē par-
tialē. Silr̄ cōcedim⁹ de ly albū ꝙ de significatione partiali significat albedinē. Alio modo
dicitur significatio partialis vt tm̄ valet sicut significatio pueniens a parte et isto mō ly ē/
non habet significationē partialem vt dictum est.

¶Quidā in suis progymnasmatib⁹ in secunda propositione pn̄tis capitis dicit ꝙ nō pōt
dici illud verbū solū subordinari vni termino mētali significāti aliquid aliqualiter qui sit
copula et predicatū nomen et verbum ꝛc. Quare in tertia propositione dicit ly currit est
terminus equoc⁹ ī ista propositione sortes currit/et in vltima propositione dicit ꝙ ꝫm il-
las duas significationes non est terminus et ideo neqꝫ complexus neqꝫ īcomplexus mo-
uebatur iste hō satis tenui et leui argumēto ad qd̄ respondet qn̄ sic arguit dato tali termi
no incōplexo sequit̄ ꝙ est equiuocus. Negat̄ sequela ꝛ ad ꝓbationē hꝫ duas significatio-
nes naturaliter ꝓprias quarū vna est de ly ē/ꝛ alia de ly currēs nō constituentes vnā/ Ne
go ꝙ nō ↄstituāt vnā et ad ꝓbationē si ex eis vna posset constitui sequeret̄ ꝙ ex significa-

tione de ly est/⁊ ex significatione de ly currens posset vna confici. Concedo et ita est iam
ꝙ ex illis duabus significationib⁹ partialibus resultat illa totalis qua ly currit sīgat ali-
q̄d aliqualit̄ ⁊ q̄n dicit sine argumēto ⁊ ꝓbatione hoc esse falsuʒ nō credit̄ illi esto ꝙ iuret

¶ Scđo principaliter arguit̄ ly albū est terminus incōplexus
⁊ habet partes significantes iuxta totalem significationeʒ eius equiualenter: g̊ diffinitio
mala. Minor ꝓbat̄ equalet huic hn̄s albedinē sufficiētē denoiare subiectū: g̊ hʒ equalēt.

¶ Ad hoc argumētū respōdet cōis modus cōcedēdo maiorē ⁊ negādo minorē: ⁊ ad ꝓba-
tionē distiguit̄ an̄s/vel in ꝯsequēdo ⁊ sic ꝯcedit̄ ⁊ negat̄ ꝯn̄a/vl' in p̄cādo ⁊ sic negat̄ illud.

¶ Contra istam solutionem arguit: subordinatur conceptui cōplexo: ergo est termin⁹ cō
plexus: ꝯn̄a est nota ⁊ an̄s probat̄ nisi subordinaretur conceptui ꝯplexo sequeret̄ ꝙ vna
simplex noticia in mente significaret sortem ⁊ albedinem. Cōsequens est falsum: igit̄ fal-
sitas cōsequētis probat̄: sequeret̄ ꝙ posset supponere pro albedine: consequēs est falsuʒ
igitur. Sequela probat̄: significat albedinē ⁊ albedo est in rerū natura/ergo potest sup-
ponere pro albedine ⁊c. Secūdo probat̄ falsitas cōsequētis sequeret̄ ꝙ ille conceptus si
gnificaret angelos: ꝯn̄s est falsum. igit̄. Sequela probat̄: significat ille conceptus sortem
⁊ albedinem ⁊ magis cōueniunt sortes ⁊ angel⁹ ꝙ̄ sortes ⁊ albedo: ergo si significat sor-
tem ⁊ albedinē significat sortem ⁊ quēlʒ angelum. Similiter potest probari ꝙ ille conce-
ptus significet quemlʒ colorē: nam magis cōueniunt albedo ⁊ quilʒ color ꝙ̄ albedo ⁊ sor
tes: ergo si significat sortem ⁊ albedinem significat sortem ⁊ quēlibet colorem. Si dicas
ꝙ magis conueniunt accidentaliter sortes ꝙ̄ albedo ⁊ alius color.

¶ Contra quecūq̧ cōueniētia accidētalis q̄ cōuenit sorti ⁊ albedini cōuenit vel potest cō-
uenire cuilibet colori: ergo significabit quēlʒ colorē. Item tertio quero quō significat al-
bedinē vel significat naturaliter vel ad placitū: secūduʒ potest dari vt notū est: ⁊ ꝙ primū
non possit dari patet: nō significat naturaliter ex instinctu nature vt notum est nec natura
liter cōiter: nā iam correspōderent duo ꝯcept⁹ illi termino albū nec significat naturaliter
proprie: qꝛ sequeret̄ ꝙ vna simplex noticia eque principaliter rep̄sentaret aliquā substan
tiam ⁊ aliqđ accidēs ⁊ nō rep̄sentaret oēs substātias nec omnia accidētia: consequens vi
detur absurdum: igit̄ sequela probatur de illa noticia cui subordinatur ly album.

¶ Propter ista argumenta tutius est dicere ꝙ ly album est terminus complexus similiter
quilibet alius terminus cognotatiuus ⁊ ad argumentum quod posset fieri: quia seque-
retur ꝙ nullus terminus cognotatiuus esset vniuersale: ⁊ per cōsequens nullus poneret̄
in predicamento. Diceretur negādo sequelam: quia ad hoc ꝙ aliquid sit vniuersale nō re
quiritur ꝙ sit terminus incomplexus: sed sufficit ꝙ non sit complexus complexiōe distā-
ti: nam certum est ꝙ isti termini corpus animatum/corpus inanimatum/ quantitas cōti-
nua ⁊ quantitas discreta sunt termini complexi ⁊ tamē reputant̄ vniuersalia apud philo
sophū ⁊ Petrū hispanuʒ ⁊ tunc nulla esset difficultas: sed qꝛ cōmunis modus ita tenet et
illud redūdat in laudem anime nostre scʒ ꝙ possit habere vnā talē noticiā ⁊ argumēta nō
concludunt teneo cū cōmuni modo. Et respondeo ad replicā negādo antecedens: ⁊ ad
probationem cōcessa sequela negatur minor/⁊ ad primā probationē negatur sequela/⁊
ad probationē distinguo maiorem: vel principaliter ⁊ sic nego vel minus principaliter ⁊
sic concedo maiorem ⁊ nego consequentiam. Posset etiam concedi ꝙ potest supponere
pro albedine ⁊ tūc verificatio deberet fieri per suum abstractum vtputa p ly albedo.

¶ Ad secundam probationē negatur sequela: ⁊ ad probationem distinguo maiorem vel
eque principaliter ⁊ sic nego/vel minus principaliter/⁊ sic concedo illā ⁊ negō consequē-
tiam: sed ad hoc ꝙ valeret oporteret ꝙ eque principaliter significaret sortem ⁊ albedineʒ
modo non sic est: nam principalius significat sortem ꝙ̄ albedinem: nam albedinem signi
ficat in ordine ad sortē ⁊ non econtra. Proportionabiliter est dicendū ad aliud quod in-
fertur scʒ ꝙ ille conceptus significaret omnes colores.

¶ Ad tertiam probationem quando queris vel ille conceptus significat sortem ⁊ albedi-
nem naturaliter vel ad placitum dico ꝙ significat naturaliter proprie. ⁊ ad probationem
nego sequelam/⁊ ad probationem nego sequelam/⁊ ad probationem nego ꝙ concept⁹
cui subordinatur ly album eque principaliter significet substantiam ⁊ accidens: immo di
co ꝙ principalius significat substantiam ꝙ̄ accidens/qꝛ vt dictū est accidens dat intellige

re in ordine ad substantiam ⁊ non substantiam in ordine ad accidens ⁊ significat per modum obliqui accidens quodam modo nam sicut obliquus non potest verificari de re ꝓ qua supponit:ita ille conceptus non potest verificari de albedine ꝙ significat.

¶ Ex solutione argumenti sequitur ꝙ ille in suis ꝓgymnasmatibus ductus libidine mordendi preceptorē meum false dicit de ipso ꝙ quidā victus argumentis respōdet cōcedēdo ly album esse terminum cōplexum. Similiter ⁊ quēlibet terminum cōnotatiuū. Correlariū patet respicienti superius solutionem doctoris dicētis ꝙ q͛ argumēta nō cōcludunt:tenet cū cōi modo ⁊ respōdet ad argumēta:ergo nō fuit victꝰ:etiā argumentū qḋ facit iste ꝓgymnasmator nō vincerēt volentē tenere oppositū. Negabit illi ꝙ ly hn̄s sit incōplexū ⁊ nūꝙ ꝓbaret sciēti rn̄dere. Multa ī suis ꝓgῡnasmatibꝰ habent̄ q̄ q͛ nō assertiue dixisse credidi īexpugnata reliq̄ digna alioq̄n maiori ludibrio ꝙ oppugnatiōe ptꝫ aspiciēti.

¶ Tertio principaliter arguit̄:si diffinitiōes essent bone sequeretur ꝙ ista oratio a. est b. nō esset terminus cōplexus:ꝯn̄s est falsuꝫ:igitur. Sequela probatur:⁊ suppono ꝙ loquamur de termino proprie ⁊ stricte illa oratio nō habet partes significantes iuxta totalem significationē eius:ergo nō est terminus cōplexus. ꝯn̄a est nota ⁊ an̄s probatur solum habet vnā partē significatiuā vtputa ly est ergo nō habet plures partes significantes iuxta totalē significationē eius. Jam probat̄ falsitas ꝯn̄tis est propositio ergo est terminꝰ cōplexus ꝓprie. An̄s probat̄:est oratio verum vel falsuꝫ significās indicando:ergo est propositio. Tenet ꝯn̄a a diffinitione ad diffinitum:⁊ an̄s probat̄:si ꝓponatur alicui logico negabit illam ⁊ nō negaret nisi esset ꝓpositio:ergo est propositio. Jam probo illam consequentiam. s. est propositio:ergo est terminus complexus prop̄e arguitur ab inferiori ad superius:ergo consequentia valet.

¶ Ad hoc argumentum respondetur negando sequelā ⁊ ad ꝓbationē distinguo antecedens scilicet ꝙ nō habeat partes significantes iuxta totalē significationē eius:vel formaliter ⁊ sic cōcedo vel equiualenter ⁊ sic nego:⁊ ad probationē cōcedo ꝙ solū vna pars est significatiua:sed dictū est superius ꝙ in talibus significatio vnius partis sufficit ad significationē propriam totius quādo illa pars est sincathegorematica:vnde ly est illic facit ꝙ illud totū subordinetur vni termino habēti formaliter partes significantes proprie.

¶ Contra illam solutionē arguit̄ sequeret̄ ꝙ hoc aggregatum/a. b. c. esset terminꝰ cōplexus consequens est falsum:ergo ⁊ antecedens. Sequela probat̄:subordinatur vni termino qui habet partes significatiuas proprie:igitur est terminus complexus sicut illa oratio/a est b. Et si dicas ꝙ non subordinatur vni termino sed tribus distinctis nam illa litera a. subordinatur vni termino:⁊ illa litera b. alteri termino et illa litera c. alteri termino et illi tres conceptus non constituunt vnum.

¶ Contra:volo ꝙ ille tres litere sint vnum attramentuꝫ tunc ille tres litere subordinabūtur vni termino significāti naturaliter proprie complexo:igit̄ ille tres litere sunt terminꝰ complexus. Antecedēs probatur:illud attramentum subordinatur vni termino mentali cuius vna pars naturaliter proprie representabit illam literam a. ⁊ alia pars illam literam b. ⁊ alia pars illam literam c. ⁊ illud attramentum est ille tres litere:ergo ille tres litere subordinabuntur vni termino complexo.

¶ Ad hanc replicā rn̄detur negādo sequelā:⁊ ad probationē nego an̄s ⁊ qn̄ ponis ꝙ ille tres litere sint vnū attramētū admitto casuꝫ ⁊ nego ꝙ ille tres litere subordinant̄ vni terīo cōplexo:⁊ ad ꝓbationē nego maiorē:imo dico ꝙ queliꝫ pars illiꝰ ꝯceptꝰ cui subordinat̄ illud attramētū repn̄tat totū attramentū ⁊ nulla pars illiꝰ ꝯceptꝰ repn̄tat illā literā b. aut illā literā a. aut illā literā c. sicut ꝯceptus sortis repn̄tat totū sortē ⁊ nulla pars illiꝰ ꝯceptꝰ repn̄tat aut pedes aut nares sortis:sꝫ queliꝫ pars illius cōceptus repn̄tat totū sortē ⁊ hoc deo fauēte clariꝰ eludabit̄ in libris de anima et in posterioribus.

¶ Cōtra istā solutionē arguit̄ sequeret̄ ꝙ terminꝰ significatiuꝰ ⁊ terminꝰ nō significatiuꝰ essent termini sinonimi:ꝯn̄s est falsuꝫ/igit̄. Seq̄la probat̄/capio ly a. in voce et conceptuꝫ cui subordinat̄ illi termini sunt sinonimi ⁊ vnꝰ est significatiuꝰ ⁊ alter non igit̄. Minor ꝓbatur illa vox a. est terminus non significatiuus vt notum est ⁊ ille conceptus cui subordinatur est terminus significatiuus:quia significat naturaliter proprie illā literaꝫ:igitur. Jam probatur maior significat idem ⁊ eodem modo:ergo sunt termini sinonimi.

¶ Ad hanc replicam respondetur distinguendo sequelam: vel ly significare in diffinitione terminorum sinonimorũ capitur large et sic concedo illam et nego minorẽ: vel capitur stricte et sic nego illam/et ad probationẽ nego maiorem et ad probationẽ nego ãtecedẽs nam ex quo capitur ly significare stricte falsum est ꝙ illa vox a. significat stricte vt notũ est et per consequens illa est falsa ꝙ significat idem capiendo significare stricte.

¶ Quarto principaliter arguitur: dabilis est aliquis terminꝰ complexus complexione indistanti cuius partes coniunguntur per aliquod coniungibile: ergo diffinitio mala. Antecedens ꝓbatur: volo ꝙ sit scriptuz in pariete hoc totum hõ est albꝰ et volo ꝙ illud totum nõ significet iuxta compositionẽ suarũ partium: sed significet tantũ quãtũ hoc aggregatũ hõ albus tũc illa scriptura est terminus cõplexus cõplexione indistanti et tñ partes ꝯiunguntur per aliquod coniungibile. igitur. Maior ꝓbatur: subordinatur cõceptui cõplexo cõplexione indistanti. Añs probatur: subordinatur huic termino hõ albus et ille est cõplexus cõplexione indistanti. Si dicas ꝙ nõ est ꝫ illas significationes ꝫm quas constituunt vnum terminum.

¶ Cõtra illi termini nõ habẽt nisi duas significationes: ergo si vniuntur: vniuntur secundum significationes ꝫm quas constituunt vnum terminum.

¶ Et cõfirmatur ista ratio: sequeretur si diffinitiões essent bone ꝙ nullus terminꝰ posset eẽ cõplexus cõplexione distanti et cõplexione indistãti. consequẽs est falsum igitur. Sequela probatur: dato opposito sequitur contradictio igitur. Añs probatur: sequitur bene dato illo termino iste terminꝰ ẽ cõplexus cõplexione distanti: ergo partes principales vniũtur per aliquod coniũgibile: sequitur etiã bene est cõplexus cõplexione indistanti: ergo partes principales non vniũtur per aliquod coniungibile et iste due repugnant scꝫ partes principales illius coniunguntur per aliquod coniungibile et partes principales illiꝰ non coniungũtur per aliquod cõiungibile: igitur. Iã probatur falsitas cõsequẽtis volo ꝙ hoc totũ sortes niger manẽte significatione quã habet imponatur ad significandum ꝫm aliam significationem tantũ sicut hoc totum sortes est niger tunc ly sortes niger est terminus cõplexus cõplexiõe distanti et cõplexus cõplexione indistanti vt patet intuenti: igitur.

¶ Ad argumẽtum respondetur negãdo consequẽtiam: ratio est quia diffinitio intelligitur sic: Terminꝰ complexꝰ cõplexione indistanti est terminus complexꝰ nõ significans iuxta cõpositionem partium et coniungibilis formaliter vel equiualenter et illa diffinitio data si debeat valere: debet capi in isto sensu et non in alio vt argumentum demonstrat. Et proportionabiliter debet diffiniri terminus complexus cõplexione distanti/vnde sic debet diffiniri procedendo in rigore. Terminꝰ complexus cõplexione distanti est terminus cõplexus significans iuxta complexionẽ partiũ et coniungibilis formaliter vel equiualẽter.

¶ Ad confirmationem argumenti respondetur negando sequelam/et ad probationem nego antecedens/et ad probationem concedo ꝙ bene sequatur in prima consequentia nego ꝙ bene sequatur in alia/ratio est: quia in illa diffinitione includitur negatio. Et ideo vt dictũ est superius non debet simpliciter inferri ex affirmatione diffiniti: sed debes sic argumentari est terminꝰ cõplexus complexione indistanti ergo partes principales non cõiunguntur per aliquod coniungibile formaliter vel equiualenter ꝫm illam significationẽ ꝫm quã est terminus complexus complexione indistanti et istud consequens non repugnat consequenti prime cõsequentie/vt pꝫ intelligenti. Et proportionabiliter est dicẽdũ de qualꝫ alia diffinitione includente negationem: et ideo in sequentibus non mouebitur amplius similis difficultas.

¶ Iuxta istã materiã dubitatur an quelꝫ res mundi secundũ significationẽ naturaliter cõmunẽ sit terminꝰ complexꝰ mouet istud dubiũ ꝓpter illũ qui in ꝓgymnasmatibus suis tenet ꝙ sic: quia (vt dicit) quelꝫ significat ꝫ illaꝫ significationẽ proportionaliter scꝫ se eẽ: sed ꝙ iste hõ deleret ꝓbat sic lapis a dextra in significãdo taliter nõ hꝫ partes significãtes iuxta significationẽ totiꝰ: quia nõ significat mediãte se/nec notitia qua mediante repñtat se obiectiue: ergo nullo mõ ille lapis est terminꝰ complexus aut significat proportionaliter se eẽ. Prima ps añtis ẽ nota: quia ille lapis nõ ẽ terminꝰ ꝓprie nec signt mediãte se: scꝫ ꝙ nec noticia q̃ talis lapis signt se significet talr̃ ꝓportionalr̃. Probo: quia si ita foret maxie eẽt: quia talis noticia ẽ cãtiua iudicij de existẽtia sui obiecti sꝫ hoc nõ igitur ꝓbatur minor: sequitur ꝙ nulla ẽ noticia intuitiua icõplexa: ꝯñs ẽ iauditũ/ꝫ et suũ correlariũ. Et ꝯña ꝓbatur: quia quelꝫ noticia intui-

iua est causatiua iudicij ꝓportionalis de existētia seu esse sui obiecti: nec potest dari alia causa sui dicti: igitur et per hec patet responsio negatiua ad dubium.

¶ Sequitur de termino cathegoreumatico et sincathegoreumatico.



Ertia diuisione diuiditur adhuc terminus in tota sui cōitate in terminū cathegoreumaticū et in terminū sincathegoreumaticū/et in terminū mixtum: et qꝛ ſm doctrinā philosophi omne equiuocum prius ē diuidendū ꝙ diffiniendū: ideo terminus cathegoreumaticus prius diuiditur ꝙ diffinitur. Unde triplex est terminus cathegoreumaticus scꝫ significatione tm̄ officio et significatiōe simul. Terminus cathegoreumaticus significatione tm̄ sic diffinitur: est terminus significans aliquid vel aliqua q̄ non potest exercere aliquod officiū in propositione. Per officiuꝫ intelligimus officiū subiecti vel predicati vel copule: de alijs officijs non intelligimus. Exemplū patꝫ de istis obliq̄s scꝫ hois/leonis et sic de alijs. Similiter de adiectiuis adiectiue tentis sicut ly albus/et ly niger: et sic de alijs.

¶ Terminus cathegoreumaticus officio tantuꝫ sic diffinitur: est terminus potens exercere aliquod officiuꝫ in propositione q̄ non significat aliquid vel aliqua. Exemplū patet de ly est tertio adiacente in mente.

¶ Terminus cathegoreumaticus officio et significatione simul sic diffinitur: est terminus significans aliquid vel aliqua potēs exercere aliquod officiuꝫ in propositione vt ly hō/ꝛ ly leo: et sic de alijs. Et sicut triplex est terminus cathegoreumaticus ita triplex est terminus sincathegoreumaticus scꝫ significatione tantum/officio ꝛ significatione simul.

¶ Terminus sincathegoreumaticus significatione tantum diffinitur eodem modo sicut cathegoreumaticus officio tm̄. Terminus sincathegorematicus officio tm̄ diffinitur eodem modo sicut cathegoreumaticus significatione tantum.

¶ Terminus sincathegoreumaticus officio et significatione simul diffinitur c. est terminus nō significās aliquid vel aliqua qui nō potest exercere aliquod officium in propositione. Exempla patent de istis terminis: ois nōnullus ꝛ sic de alijs.

¶ Et nota ꝙ in omnibus istis diffinitionibus capitur ly significare stricte sicut et ly terminus alias quilꝫ terminus esset cathegoreumaticus officio et significatione simul.

¶ Terminus mixtus sic diffinitur. est aggregatuꝫ ex termino cathegoreumatico et termino sincathegoreumatico q̄ nō est cathegoreumaticus illo mō quo est alter. Exēplū pꝫ de illo aggregato possibiliter est similiter de illo hō albus ꝛ sic de alijs.

¶ Et pro elucidatione huius materie ponuntur alique propositiōes. Prima est ista: omne cathegoreuma significatione tm̄ est sincathegoreuma officio tm̄ et econtra. Scd̄a propositio est ista oē cathegoreuma officio tm̄ est sincathegoreuma significatione tm̄ et econtra. Tertia propositio: nullū cathegoreuma significatione tm̄ est sincathegoreuma significatione tm̄. Quarta propositio nullū cathegoreuma officio tm̄ est sincathegoreuma officio tantum. Quinta propositio: nullū cathegoreuma officio et significatiōe simul est sincathegoreuma aliquo mō. Sexta propō: nullū sincathegoreuma vtroqꝫ modo ē cathegoreuma aliquo mō intellige istas vltimas ꝓpōnes negatiuas ſm vnā in eandem significationem.

¶ Contra istas diffinitiones arguitur: ly currit est cathegoreuma officio tm̄ et tn̄ significat aliquid vel aliqua ergo diffinitio mala. Maior probatur: ly currit est verbum/ergo ē cathegoreuma officio tm̄. Añs pꝫ auctoritate phi in capitulo de verbo et auctoritate Petri hispani. Iā probatur minor dicēdo sic sortes currit ly currit significat sortē: ergo significat aliquid. Añs probatur volo ꝙ sortes currat tunc sic arguo. Ly currit supponit ꝓ sorte ergo significat sortē. Tenet cōsequētia ab inferiori ad suū superius: ꝛ añs probatur: illa est vera sortes currit et est affirmatiua: ergo predicatum supponit ꝓ illo ꝓ quo supponit subiectum ꝛ supponit pro sorte: ergo predicatū supponit pro sorte et vltra predicatum est ly currit: ergo ly currit supponit pro sorte.

homo vt capit absolute supponit pro qualibet parte integrali sortis: ergo falsum dicit ꝙ
illud copulatū est terminus singularis in supponendo. Si dicat secunduꝫ scꝫ ꝙ ly omnis
non est pars copulati et ꝙ non debet manere in verificatione: ergo illud copulatum est
terminus in supponendo quod negat / et consequentia probatur potest verificari de plu-
ribus vniuoce ꝛ diuisim: igitur añs probatur verificatur de sorte et platone etiam de sor-
te ꝛ cicerone et sic de alijs: igitur et antecedens probatur: sorte ꝛ platone demonstratis
ista ē vera / isti sunt sortes et homo et sic demonstrando sortem et ciceronem: igitur. Item
probatur aliter ꝙ illud copulatum sit terminus communis in supponendo: si dicat ꝙ ly
omnis non est pars et ꝙ non debeat manere in verificatione ablato tali signo vniuersa-
li tale copulatuꝫ supponet communiter in propositione postqꝫ est terminus communis
supra quem non cadit pronomen aut determinatio restringens et tale signum vniuersale
non habet virtutem faciendi supponere discrete vt notum est: ergo per hoc ꝙ addatur ta
le signum illud copulatum non supponit vel si supponit communiter supponit quorum
vtrunqꝫ est contra eum in eadem sua quinta propositione.
¶Consequenter infert ille progymnasmator aliqua correlaria quorum septimū est istud
Sequitur, ꝙ iste termin⁹ oīs homo et sortes signo cadēte in totū ē termin⁹ singularis in

supponendo ꝙ istud copulatũ dũmõ sit falsum sed ꝙ in eo repugnet sibimet in suis proxi
mis dictis probo manifeste. Ad primũ sic arguo: potest illud copulatum verificari de plu
ribus successiue tantũ: ergo est terminus communis in supponendo: consequentia est no
ta apud omnes et ipsummet ex probatione sui tertij correlarij: et antecedens probatur/
verificatur nũc de sorte si solus sit homo et si crastina die acquirat aliquaꝫ materiã nihil de
perdendo verificabitur de aggregato ex sorte et illa materia et illud aggregatum et sor
tes differunt numero: ergo antecedens verum. Iam ostendo ꝙ sibimet formaliter repu
gnet: illud copulatũ est terminus cõmunis cui non additur pronomen demonstratiuum
ergo si supponit communiter supponit: consequentia tenet per oẽs et per suam regulam
secundam quã ponit in tertia parte sui tractatus: et antecedens probatur scꝫ ꝙ tale copu
latum sit terminus communis per suam quartaꝫ propositionem que est talis. Omne co
pulatum cuius vna pars est terminus singularis et alia terminus communis significans
aliquid quod non significatur per terminũ singularem est terminus communis: et sic cla
re constat ꝙ ista sua quarta propositio et ista sua regula secunda tertij tractatꝰ scꝫ omnis
terminus cõmunis cui nõ additur pronomen demonstratiuum si supponit communiter
supponit repugnant suo septimo correlario scꝫ iste terminꝰ oĩs homo et sortes signo ca
dente in totum est singularis in supponendo.

¶ Ad dubium igitur respondetur ꝙ si ly omnis non sit pars
tunc non est dubiũ quin vtrunꝙ copulatum sit terminus cõmunis in supponendo: si ve
ro sit pars copulati sicut regulariter capitur quando ponitur inter partes extremi acce
pti vnica acceptione tunc distinguo: vel capitur ly homo absolute ⁊ sic dico ꝙ neꝙ est cõ
munis neꝙ singularis in supponendo cõiter non potest supponere illud copulatuꝫ post
ꝙ illa pars omnis homo nõ põt supponere: si vero capiatur ly homo cognotatiue ꝓ ho
mine totali tunc dico ꝙ quilibet illorum copulatorum est terminus communis in signifi
cando et supponendo simul: qꝛ quodlibet illorum potest verificari de pluribꝰ successiue
et vniuoce vt probatum est inter arguendum.

¶ Quidam alius in secunda parte sui rosarii in sexto argumẽ
to de suppositione discreta tenet ꝙ primũ copulatũ scꝫ sortes ⁊ oĩs hõ est terminus discre
tus ⁊ continuando argumentuꝫ itidem dicit de isto copulato sortes et a. posito ꝙ ly a. im
ponatur ad significandũ omnes homines vel ad significandum tantum sicut ille terminꝰ
homo cognotando ꝙ sit oĩs homo et ideo dicit ꝙ illa regula omne copulatum ex termi
no cõmuni et singulari est terminus communis patitur instantiã et instantias et vltra instã
tias quas dicit adduxisse dixit oportet ponere vnam aliam scilicet quando terminus com
munis nõ potest supponere pro alio ab illo pro quo supponit terminus discretus quan
do terminus discretus supponit et sic dicit esse in proposito: qꝛ non stat ꝙ ille terminus
sortes sopponat: et ꝙ ille terminus omnis homo supponat pro alio a sorte: sed ꝙ hoc sit
falsum et ꝙ in tali termio non sit instantia probatur: si sortes acquirat nouam materiam
nullam deperdendo: iam iste terminus sortes vniuoce supponit pro illo pro quo antea
supponebat et ille terminus a. tenta sua in positione supponit pro illo aggregato ex sorte
⁊ illa materia noua ⁊ illud aggregatũ est aliud a sorte: qꝛ sortes iam est pars a. ergo intẽ
tum. Consequenter dicit in eodem argumento ꝙ aliud copulatum assumptũ scilicet oĩs
homo et sortes signo cadente in totum est terminus discretus et concedit ꝙ signum vni
uersale habet deperaccidens virtutẽ singularisandi quia additur tali copulato si/sed hoc vs
ꝙ adeo est agreste vt potius intuetis ꝙ rosarius sit dignum ⁊ superius est probatum il
lum terminum esse communem ⁊c. in supponendo si ly homo capiatur precise pro homine
totali ⁊ si capiatur absolute non potest supponere quando signum est pars partis copulati
sed quocunꝙ modo capiatur quodlibet illoru copulatorum est terminus communis in
significando de quo est sermo in ista materia.

¶ Sequitur inde ꝙ male concedit in eodeꝫ loco istud copula=
tum omnis hõ ⁊ homo posito ꝙ illud signum cadat in primam partem supponeret pro
sorte et platone copulatim.

Correlarium probatur: prima pars illius copulati non supponit in illo casu pro aliquo vel aliquibus: ergo nec totum copulatum: consequentia est nota: probatur ans quocunque demonstrato ista est falsa hoc est omnis homo/ siue loquatur de totali siue de partiali postque sunt duo: igitur et que sic debeat fieri verificatio mediante signo patet per ipsum in processu sui argumenti etiam alias non esse difficultas in suo dubio quin supponeret pro pluribus

¶ Sequitur de termino prime intentionis et secunde.



Terminus cathegoreumaticus et incomplexus diuiditur in terminum prime intentionis et in terminum secunde intentionis. Et est aduertendum quod in proposito capiemus intentionem vt tantum valet sicut intentio vel impositio: ita quod non faciemus differentiam inter istas duas iste terminus est prime intentionis et iste terminus est prime impositionis: sed indifferenter vnam pro alia et econtra causa breuiloquij capimus. Ulterius est aduertendum quod ista transitiua scilicet iste terminus est prime intentionis capitur loco huius intransitiue scilicet iste terminus est prima intentio et ita proportionabiliter est dicendum de ista scilicet iste terminus est secunde intentionis. Unde terminus secunde intentionis sic diffinitur est terminus significans aliquid ea ratione qua est signum: exempla patent de istis terminis nomen/ verbum et sic de alijs. Terminus prime intentionis sic diffinitur est terminus significans aliquid non ea ratione qua est signum. Exempla patent de istis terminis homo/ leo/ capra et sic de alijs: ly aliquid in istis diffinitionibus tantum valet sicut ly aliquid vel aliqua. Aliqui addunt istis diffinitionibus illam particulam scilicet vel rem significatam ea ratione qua significata est: sed quia diffinitiones debent esse breues et non debet continere aliquid superfluum: ideo nolumus addere: nam vt per argumenta videbitur diffinitiones sine illa particula sunt sufficientes.

¶ Circa istam particulam ea ratione qua est signum est sciendum quod varij varios sensus dant in quibus illa particula debet capi scilicet quia tediosum et futile esset omnes illos impugnare et vt ait philosophus de omnibus sollicitum esse stultum est ideo precise vnum qui alijs solidior et clarior est ponemus: vnde sic exponitur illa particula scilicet ea ratione qua est signum, i. cum cognotatione inferiori vel equali ad cognotationem de ly signum. Dicitur equali propter terminos sinonimos ad ly signum. Dicitur vel inferiori propter terminos qui ponuntur sub illo vt sunt isti: nomen/ verbum et sic de alijs. Et est aduertendum quod non loquimur de inferioritate sicut inferius loquemur: sed loquemur de inferioritate predicamentali et ideo ista materia nequit perfecte intelligi sine noticia predicamentorum. Et est aduertendum quod ly signum in istis diffinitionibus capitur large. Ex dictis sequuntur duo correlaria. Primum quod ad hoc quod aliquis terminus sit secunde intentionis requiritur quod sit cognotatiuus: ita quod ista consequentia valet non est cognotatiuus: ergo non est terminus secunde intentionis. Sequitur secundo quod ad hoc quod aliquis terminus sit secunde intentionis non sufficit quod sit cognotatiuus: sed cum hoc requiritur quod habet cognotationem equalem vel inferiorem ad cognotationem de ly signum.

¶ Contra istas diffinitiones multifariam arguitur primo sic istud copulatum hoc ens et hoc nomen demonstrando per illa duo pronomina idem ens est terminus et non est prime intentionis neque secunde: igitur diuisio mala: maior est nota et minor probatur: et primo quod non sit prime qua ratione esset prime esset secunde quia sicut vna pars principalis est terminus prime intentionis: ita vna pars principalis est secunde intentionis: ergo qua ratione esset prime esset secunde: eodem modo potest probari quod non sit secunde.

¶ Ad hoc argumentum respondet quidam modernus in suis terminis negando minorem/ et ad probationem dicit quod est secunde intentionis sed tenuem rationem assignat: ideo contra eum sic arguitur. Ad hoc quod aliquis terminus sit secunde intentionis vt ipse ponit in suis terminis requiritur quod sit cognotatiuus tunc sic arguo

vel suff icit ꝙ sit cognotatiuus de significatione partiali vel totali: non primuz/ quia sequeretur ꝙ istud copulatum homo ⁊ nomen esset terminus secunde intentionis quod ipse negat expresse: igitur sequela probatur: de significatione partiali illud copulatum homo ⁊ nomen cognotat aliquid ea ratione qua est signum/ igitur nec potest dari secundum nã illud copulatum scilicet hoc ens ⁊ hoc nomen non est terminus cognotatiuus de significatione totali. igitur non est secunde intentionis: antecedens probatur: solum vna pars principalis est terminus cognotatiuus vt notum est ⁊ in copulatis non sufficit ꝙ vna ps principalis sit terminus cognotatiuus ad hoc ꝙ totum copulatum sit terminus cognotatiuus de significatione totali: igitur minor probatur si sufficeret ꝙ vna pars principalis siz terminus cognotatatiuus ad hoc ꝙ illud copulatum esset terminus cognotatiuus de significatiõe totali sequeretur ꝙ illud copulatũ homo ⁊ nomẽ esset terimus cognotatiu9 de sigñatione totali ⁊ per ꝯñs esset termin9 scđe intẽtionis qđ ipse etiam negat expresse.

¶ Ideo aliter est respondendum ad argumentum scilicet cõcedendo maiorem ⁊ minorem ⁊ negando consequentiam: quia diuisum vt dictum est non solum est hoc totum terminus cathegoreumaticus: sed hoc totum terminus cathegoreumaticus ⁊ incomplexus modo certum est ꝙ illud copulatum nõ est terminus incomplexus: sed si vellem scindere tam terminum complexum ꝙ incomplexum adderem adhuc illi diuisioni vnum membrum ⁊ dicerem sic. Terminorum alius prime intentionis/ alius secunde/ ⁊ alius mixtus ⁊ istud vltimum membrum adderetur pro similibus copulatis de quibus in argumento facta est mentio: similiter ⁊ pro disiunctis.

¶ Contra istam solutionem arguitur: sequeretur ꝙ iste terminus nomen vocale non esset secunde intentionis: consequens est falsum: igitur minor probatur. facit terminum qui subijcitur respectu ipsius supponere materialiter: ergo est secunde intentionis: antecedens probatur dicendo sic: homo est nomen vocale ly homo supponit materialiter ratione de ly nomen vocale: ergo facit terminum qui subijcitur respectu ipsius stare materialiter. Jam probatur sequela: ille terminus nomen vocale ẽ terminus complexus/ ergo non est prime intentionis neq; secunde: tenet ꝯñа: quia dictum est ꝙ ad hoc ꝙ sit prime intentionis vel secunde oportet ꝙ sit terminus incomplexus.

¶ Ad hanc replicam respondetur concedendo sequelam et negando minorem/ ⁊ ad probationem nego illam consequentiam scilicet facit terminum q subijcitur respectu ipsius supponere materialiter: ergo est secunde intentionis instantia patet de illo termino vox/ qui non est secunde intẽtionis tamen facit terminũ qui subijcitur respectu illius suppponere materialiter hoc liquet sic dicendo homo est vox: nam ly homo supponit materialiter ratione de ly vox. Et si dicas conceditur ab aliquibus ꝙ ly nomen vocale est secunde intentionis. Ad hoc dico ꝙ intelligunt de significatiõe partiali ⁊ si velint intelligere de significatione totali non tenemus cum illis: nam notum est ꝙ ille terminus nomen vocale non habet cognotationem inferiorem predicamentaliter ad ly signuz ẽt si in talibus vellent dicere ꝙ sufficeret ꝙ de significatione partiali cognotarent aliquid ea ratione qua est signum per difficile esset saluare ꝙ ly ymago ⁊ ly similitudo sortis modo essent termini secunde intentionis quod ab omnibus negatur.

¶ Secundo principaliter arguitur: iste terminus significatuz est terminus prime intentionis tamen significat aliquid ea ratione qua est signum: igitur diffinitio mala. maior probatur: si non esset prime ꝙ esset secunde: consequens est falsum igitur sequela est nota/ minor probatur: si esset terminus secunde intentionis sequeretur ꝙ ly sortes in ista propositione sortes est significatũ illius termini homo supponeret materialiter: consequens est falsum: ergo ⁊ antecedens: sequela probatur per illam regulaz
Regula que ponitur in suppositionibus omne illud quod subijcitur respectu predicati secunde intentionis supponit materialiter: sed ly sortes subijcitur respectu de ly significatũ quod est terminus secunde intentionis vt concedis: ergo ly sortes supponit materialiter. Jaz

probatur minor: illa est vera sortes est significatum illius termini hō/ et nō esset vera si supponeret materialiter vt notum est igitur supponit personaliter.

¶ Ad hoc argumentum respondet aliquis negando maiorē et ad probationem negat minorem/ et ad probationem negat sequelam et dicit ꝙ illa regula patitur instantiam quando tales termini significant sua significata ea ratione quia sunt significata et non illa qui significant sua significata ea ratione qua signa sunt.

¶ Sed contra hoc arguitur dupliciter primo sic ille terminus significat suum significatum ea ratione qua est significatum ergo significat suū significatum ea ratione qua est signum ad sensum diffinitionis: probatur consequentia/ cognotatio de ly significare est inferior ad cognotationem de ly signum: ergo si significat suum significatum ea ratione qua est significatum significat etiam ea ratione qua est signum: et per consequēs illa regula non habet verum in terminis qui significant sua significata ea ratione qua sunt signa.

¶ Secundo arguitur ꝙ iste terminus verum est terminus significans aliquid ea ratione qua est signum et tamen non facit subiectum supponere materialiter: igitur ad hoc intelligendo de illis: regula est falsa/ maior est nota et minor probatur dicendo sic: aliud a vero erit verum illud subiectum subijcitur respectu de ly verū et nō supponit materialiter: igitur minor probatur/ illa est impossibilis et nō esset impossibilis nisi subiectū supponeret personaliter/ igitur supponit personaliter/ et per consequēs non materialiter idē argumentū pōt fieri de ista verū nō erit verum. Propter ista duo argumenta aliter respondetur ad argumentū vnde nego maiorem et ad probationem nego minorem et ad probationem nego sequelam et ad probationem dico ꝙ illa regula suppositionum patitur instantiam in proposito et in multis alijs terminis vt videbitur in suppositionibus deo dante.

¶ Tertio principaliter arguitur iste terminus ymago est terminus prime intentionis et significat aliquid ea ratione qua est signum: igitur diffinitio mala minor probatur ille terminus ymago significat aliquid et cognotat ꝙ illud sit factum ad similitudinē alicuius et non potest esse aliquid factum ad similitudinem alicuius nisi sit signum illius/ igitur cognotat ꝙ sit signum.

¶ Ad hoc argumentum respondetur negando minorē et ad probationē negatur consequentia: instantia patet de isto termino album: nam iste terminus albū nō cognotat ꝙ suū significatū sit diuisibile tamen cognotat ꝙ sit album et nihil potest esse albū nisi sit diuisibile. Et si arguas.

¶ Contra istā solutionem: ille terminus ymago habet cognotationem inferiorem ad cogitationem illius termini signum: ergo est secunde intentionis: antecedens probatur/ ille terminus ymago cognotat ꝙ suū significatū sit similitudo alicuius et sequitur bene hoc est similitudo alicuius ergo hoc est signum: ergo cognotatio de ly ymago est inferior ad cognotationem de ly signum

¶ Ad hanc replicam respondetur distinguendo antecedens ꝙ habet cognotationem inferiorem ad ly signum vel predicamentaliter sic nego nec in illo sensu probatur vel vt inferius dicetur in capitulo de terminis pertinentibus et sic transeat et nego consequentiam: nā vt dictum est nō loquimur de illa inferioritate sed de inferioritate predicamentali vnde ille terminus dicitur inferior predicamētaliter ad alterum quod continetur sub illo in recta linea predicamētaliter: sed de hoc latius dicetur in predicamentis.

¶ Quarto principaliter arguitur: iste terminus a. posito ꝙ incomplexe significet tantum sicut ly diffinitū propinquū est terminus prime intentionis et significat aliquid ea ratione qua est signū: igitur diffinitio mala. maior probatur: ponitur in predicamēto relationis seu ad aliquid: ergo est terminus prime intentionis: consequentia probatur secūdū doctores philosophus solum posuit illa decem predicamēta pro terminis prime intentionis et non pro terminis secunde ergo si ly a. ponatur in illo predicamēto erit prime intētionis et non secūde. Iā probatur illud antecedēs: scilicet ꝙ ly a. ponatur in predicamento relationis ly a. habet eundem modum significandi cum ly diffinitum pro-

pinquum et ly diffinitum propinquum ponitur: ergo et ly a ponetur: minor probatur/communiter conceditur et superius concessum ē ꝙ ly diffinitum propinquum et ly diffinitum remotum sunt relatiue oppositi: ergo sunt in predicamēto relationis.

¶ Ad hoc argumentum respondetur vno modo negando maiorem et ad probationem negatur consequentia et ad probationem dico ꝙ verum est ꝙ philosophus posuit decem predicamenta pro terminis prime intentionis sed non solum pro illis: nam ipse philosophus expresse ponit istos terminos scibile et scientia in predicamento ad aliquid qui sunt secunde intentionis.

¶ Alio modo potest respōderi negando maiorem et ad probationem negatur antecedens et ad probationem negatur minor: et ad probationem dico ꝙ si cōcedatur ꝙ illi termini sunt relatiue oppositi hoc est capiendo large sed ex hoc non sequitur ꝙ non ponantur in predicamento relationis/sed melius est dicere primo modo quia conformior est menti philosophi.

¶ Quinto principaliter arguitur: iste terminus verbū est terminus secunde intentionis et significat aliquid non ea ratione qua est signum: ergo diffinitio mala maior est nota et minor probatur significat illam literam a. non ea ratione qua est signum et illa litera est aliquid: ergo significat aliquid nō ea ratiōe qua est signum: maior probatur et primo quo ad primam partem ille terminus verbum significat omne illud quod potest esse verbum et illa litera a potest esse verbum: quia potest imponi ad significandum tantum sicut ly amo: ergo significat illam literam a. quo ad secundam partem. Probatur scz ꝙ significet non ea ratione qua est signum illa litera a. nō est signum saltem stricte: ergo ille terminus verbum non significat illam literam a. ea ratione qua est signum: tenet consequentia: quia alias ille terminus verbum significaret aliquid cui non conueniret sua cognotatio.

¶ Ad hoc argumentum respondetur negando minorem ⁊ ad probationem concedo maiorem quo ad primam partem et nego quo ad secundam/⁊ ad probationem nego illam consequentiam scz illa litera a. non est signum: ergo ille terminus verbum non significat illam ea ratione qua est signum/et ad probationem distinguo ꝙ ille terminus verbū significet aliquid cui non conuenit sua cognotatio vel in ordine ad copulam de presenti et sic cōcedo nec illud inconuenit vel in ordine ad copulam de possibili et sic nego: instantia patet de isto termino nigrum: nam significat papirum albam cui cognotatio illius termini nigrum nō cōuenit in ordine ad copulam de presenti sed bene in ordine ad copulam de possibili quod sufficit ad hoc ꝙ significaret papirum albam nam alias sequeretur ꝙ aliquis terminus supponeret pro aliquo et non significaret. Illud patet de illo termino nigrum in ista propositione hoc possibiliter est nigrum demonstrando papirum albam.

¶ Contra istam solutionem arguitur in ordine ad copulam de possibili deficit illi litere a. cognotatio de ly verbū: igitur solutio nulla antecedens probatur/ista est falsa a: potest esse verbū: ergo cognotatio de ly verbū deficit illi litere a. in ordine ad copulam de possibili/antecedens probatur/bene sequitur a. potest esse verbum ergo a. potest esse aliquid quod est significatiuum cum tēpore ⁊c. consequens est falsum: ergo antecedens ꝙ bene sequatur patet/arguitur a diffinito ad diffinitionem: igitur bene sequitur ꝙ consequens sit falsum patet: sequitur bene a. potest esse aliquid quod est significatiuum cum tempore ⁊c. ergo a. potest esse aliquid et illud est significatiuum cum tēpore ⁊c. consequens est falsum ergo et antecedens/ꝙ bene sequatur patet: arguitur per resolutionem relatiui/igitur bene sequitur ꝙ consequens sit falsum probatur: est vna copulatiua cuius secunda pars principalis est falsa vt patet intuenti: ergo tota falsa.

¶ Ad hanc replicam respondetur negando antecedens et ad probationem negatur antecedens et ad probationem nego ꝙ bene sequatur in illa consequentia scilicet a. potest esse verbum. ergo a. potest esse aliquid quod est significatiuum cum tēpore ⁊c. et ad probationē nego ꝙ arguatur a diffinito ad diffinitionem quia tu capis

aliquid quod nullo pacto ponitur in diffinitione sed debes sic argumentari:a.potest esse verbum ergo a.potest esse significatiuũ cum tempore ꝛc.et tunc consequentia erit bona.

¶ Ex omnibus istis sequitur vna regula generalis ad cẽsendũ de vnoquoq; termino an sit prime intentionis vel secunde operepreciũ eñ est respicere ad cognotationem talis termini et si habeat cognotationem inferiorem vel equalem ad ly signum tunc est secunde intentionis si vero non est prime. Sequitur secundo ꝙ non est dubitatio de terminis infinitis an sint prime vel secunde intẽtionis:qua sunt termini complexi et ideo proprie neq; prime neq; secunde intentionis debent dici sed hoc ad nomen cõsistit vales eñ dicere ꝙ omnes sunt prime intentionis et nequit ex hoc aliquod inconueniens inferri. Sequitur tertio ꝙ non est dubitatio etiam de istis terminis scilicet nomen vocale nomen scriptum et de sibi similibus nam complexi sunt et non habent cognotationem inferiorem vel equalem ad ly signum/et si aliquando faciant stare subiecta materialiter de quibus predicantur hoc nõ est quia secunde intentionis: sed qꝛ de cognotatione partiali habent cognotationem equalem vel inferiorem ad ly signu₃ vel propter aliam causam vt in magnis suppositionibus dicetur.

¶ Sequitur de terminis pertinentibus
et impertinentibus.



Erminorum alii sunt pertinentes ꝛ alii impertinentes. Termini impertinentes sunt termini potentes verificari de eodẽ quorum quilibet verificabilis est de aliquo de quo non oportet alterum verificari exemplum:patet de istis duobus terminis:scilicet homo album.

¶ Terminorum pertinentium alii sunt sinonimi et alij non sinonimi. Termini sinonimi sunt termini significantes idem adequate et eodem mõ vel aliqualr̃ mediãte eodẽ actu vl' aliq̃d aliqualr̃ mediãte eodẽ termĩo mẽtali. Exẽplũ p₃ de istis terminis hõ:hõ/petra/lapis. Et in ista diffinitiõe ly aliq̃d tm̃ valet sicut ly aliq̃d vel aliqua et ly idem tantum valet sicut ly idem vel eadem. Dicitur notanter in diffinitione significantes idem/qꝛ ad hoc ꝙ aliqui termini sint sinonimi oportet ꝙ significent idem. Dicitur adequate ad excludendum istos terminos hõ aĩal qui licet significent idẽ et eodẽ modo non tamen adequate:et ideo non sunt sinonimi.

¶ Dicitur et eodem modo ad excludendum istos homo est risibile que licet significent idẽ adequate non tamen eodem modo:quia vnus significat absolute et alter cognotatiue et ideo non sunt sinonimi.

¶ Alie particule lucent ex superius dictis:per ly eodem modo intelligim⁹ ꝙ si vnus significet absolute ꝙ alter significet absolute:si cognotatiue/cognotatiue:et si cõplexe:complexe et si incõplexe/incõplexe de alijs modis non intelligimus

¶ Terminorum non sinonimorum alii sunt disparati: alii non disparati.

¶ Termini disparati sunt termini non potentes verificari de eodẽ neq; naturaliter neq; supernaturaliter vt sunt isti termini homo asin⁹. Dicitur neq; naturaliter neq; supernaturaliter ad differentiam terminorum cõtrariorũ q̃ supernaturaliter bene possunt verificari de eodem.

¶ Ex ista diffinitione l₃ ꝙ dol₃ pueriliter errauit in dando diffinitionẽ terminorũ disparatorũ dicit eñ ꝙ termini disparati sunt termini qui simul et semel non possunt verificari de eodẽ naturaliter loquendo: sed bene successiue et possunt simul et semel de eodẽ verificari supernaturaliter/loquendo. Ex qua diffinitione sequitur ꝙ isti duo termini homo asinus possunt successiue verificari de eodẽ naturaliter cu₃ sint termini disparati vt ab oĩb⁹ dat̃ q̃ nihil ẽ absurdi⁹. Quapropter nõ imerito diximus in expositiõe summularũ magistri Petri hispani ꝙ pricipia ignorauit iste luculent⁹ suus optio igitur titulo: et admodum decenti librum suum donasset si eum terminos cum repugnantijs principiorum nominasset.

De terminis pertinentibus ⁊ impertinentibus.

¶ Terminorum non disparatorum nec sinonimorum alij sunt cōuertibiles alij se habentes tanq̄ terminus inferior ⁊ superior cōtrarij/alij contradictorij alij priuatiue oppositi/alij relatiue oppositi.

¶ Termini conuertibiles sunt termini sic se habentes ꝙ ab vno ad alium cōsequētia valet respectu cuiuscunq̄ significati ⁊ econtra: vt sunt isti termini homo ⁊ risibile dicitur respectu cuiuscunq̄ significati ad excludendum istos terminos homo animal: nam licet ab vno ad alium cōsequētia valeat respectu hominū nō tñ respectu oium animalium.

¶ Termini se habentes tanq̄ terminus inferior ⁊ superior sunt termini sic se habentes ꝙ affirmatio vnius infert affirmationem alterius cuiuscunq̄ respectu suppositi ⁊ non econtra ⁊ negatio vnius infert negationem alterius ⁊ non econtra vt sunt isti termini: homo animal: similiter isti: album coloratum.

¶ De terminis relatiue oppositis ⁊ priuatiue oppositis quia magnum exigunt tractatum alibi videbitur.

¶ Termini contrarij sunt termini nō valētes verificari de eodem naturalr̄: sed bñ supnaturaliter vt sunt isti termini: album: nigrum: similiter isti calidum frigidum.

¶ Dicitur sed bene supernaturaliter ad differentiam terminorum disparatorum ⁊ terminorum contradictoriorum.

¶ Contra diffinitionem terminorum cōtrariorū arguitur primo sic. isti duo termini albū ⁊ nigrum sunt termini contrarij: tamen possunt verificari de eodem/igitur diffinitio mala minor ꝓbatur. volo ꝙ sit vnū scutū pro media parte album ⁊ pro media parte nigrum tunc illud scutum est album ⁊ nigrum: ergo illi duo termini possunt verificari de eodem antecedens probatur illud scutum est due medietates quarum vna est alba ⁊ alia nigra ergo illud scutum est album/⁊ nigrū antecedens liquet ex casu.

¶ Dices forte ad hoc argumentū negando minorem ⁊ ad probationem distingues antecedens: scꝫ ꝙ illud scutum est album ⁊ nigrum vel complexiue capiendo ly et/⁊ sic cōcedes quia sensus est. hoc scutum est aliqua entia quorum vnum est album ⁊ aliud nigrū ⁊ iste sensus est verus vel capitur ly ⁊ diuisiue ⁊ sic nego illud antecedens nec in illo sensu probatur: sed solū in alio. vnde sensus illius est iste scꝫ hoc scutū est albū ⁊ hoc scutum est nigrū qui sensus est manifeste falsus.

¶ Contra istam solutionem arguitur. isti termini sunt contrarij: scilicet alba ⁊ nigra ⁊ possunt verificari de illo scuto ad sensum negatū/igitur maior probatur. isti termini sunt cōtrarij in singulari numero: scꝫ album ⁊ nigrum: ergo illi termini scꝫ alba ⁊ nigra in pluralī sunt termini contrarij. Jam probatur. minor ⁊ suppono vnū ꝙ est commune: scꝫ ꝙ ad hoc ꝙ aliquid sit album sufficiat ꝙ maior pars q̄ medietas secundum se ⁊ quodlibet sui sit alba/idem suppono de ly nigrum scꝫ ꝙ ad hoc ꝙ aliquid sit nigrum sufficiat ꝙ maior pars q̄ medietas secundum se ⁊ quodlibet sui sit nigra his suppositis sic arguo. ista ē vera hoc scutum est alba. similiter ista hoc scutum est nigra/igitur illi termini possunt verificari de eodem ad sensum negatum ꝙ illa sit vera. hoc scutum est alba/ꝓbatur. hoc scutū est duo entia alba: ergo est alba cōsequētia ē nota ⁊ añs probat̄. hoc scutū ē hoc ens albū ⁊ hoc ens album per primū ꝓnomē demōstrādo aggregatum ex medietate scuti alba ⁊ medietate medietatꝭ nigre ⁊ per scđm ꝓnomen demonstrando aggregatum ex eadem medietate alba ⁊ altera medietate medietatis nigre ⁊ ista sunt duo entia alba/igitur illđ scutū est duo entia alba ꝙ illđ scutū sit illa duo ētia nō est difficultas secundū noiales: q2 omne totū est omnes partes simul sumpte: sed ꝙ quodlibet ens demonstratum sit albū ꝓbatur ⁊ primo de prio illud aggregatum sic se habet ꝙ maior pars qua medietas secundum se ⁊ quodlibet sui ē alba/igitur illud aggregatum est album/antecedens est notum intuenti ⁊ cōsequentia tenet ex ypothesi.

¶ Ad argumentum responsum est vsq̄ ad hanc replicam ad quam respondeo negando maiorem ⁊ ad probationem nego cōsequentiam: ratio est: quia illis in singulari numero cōuenit diffinitio terminorū cōtrariorum ⁊ non in pluralī: nam vt probatum est hñ possent verificari de eodem naturaliter. Alio modo posset responderi concedendo maiorē ⁊ minorē ⁊ negādo cōsequētiā ⁊ dico ꝙ diffinitio terminorū contrariorum intelligitur de terminis cōtrarijs in singulari numero: sed melius est dicere primo modo.

¶Contra hāc solutionē arguit᷑: sequeret᷑ ꝙ esset possibile naturaliter loquendo dare ali-
quod corpus non albū cuiꝰ ꝗlibet medietas est alba/ ꝯñs est falsuꝫ/ igit᷑/ sequela probatur
volo ꝙ sit vnum corpus qđ fuisset albū scđm se ⁊ quodlibꝫ sui ⁊ nūc habeat per totuꝫ me
diuꝫ vnā partē nigram que discōtinuet albedinem vnius medietatis ab altera tūc in tali
casu illud corpus est non album: ⁊ tamen quelibet medietas est alba.
¶Ad hanc replicā respōdet᷑ distinguēdo seqlaꝫ vel ītelligis de quacūqꝫ medietate īdiffe-
renter ⁊ sic nego illam nec in illo casu sequela probatur: nā potest capi vna medietas se-
cūdū ꝓfunditatē vel scđm latitudinē que nō erit alba: sed bene concedo ꝙ quelibꝫ medie
tas scđm longitudinem illius corporis non albi est alba.
¶Cōtra istā solutionē arguit᷑ seqretur ꝙ ad hoc ꝙ aliquid eēt entia alba sufficeret ꝙ vna
ꝑua pars eēt alba/ ꝯñs est fl'm/ igitur falsitas ꝯñtis probat᷑. sequeretur ꝙ natural'r loquē-
do esset dabile aliqđ corpus qđ est entia alba ⁊ nigra ⁊ rubea ⁊ crocea ⁊ sic de alijs colori
bus capiēdo ly ⁊ diuisiue/ ꝯñs est falsuꝫ igit᷑/ seqla ꝓbat᷑ volo ꝙ sit vnū corpꝰ cuiꝰ vna ꝑua
pars sit alba puta millesima ⁊ vna alia millesima sit nigra ⁊ vna alia millesima crocea ⁊ sic
ꝯñter tūc ī tali casu illud corpus ē entia alba rubea ⁊ cetera/ igit᷑/ ꝙ sit entia alba patet et
ex cōsequenti patebit de alijs partibꝰ illud corpus est hoc ens album ⁊ hoc ens album ⁊
sic de alijs per primū ꝓnomen demōstrando aggregatū ex illa millesima parte alba ⁊ vna
alia parte minori illa ⁊ ꝑ scđꝫ ꝓnomē demōstrādo aggregatū ex eađ millesima ꝑte alba ⁊
vna alia ꝑte minori illa ⁊ sic cōsequēter/ igitur est entia alba/ cōsequētia est nota dummo-
do demonstrat᷑ in antecedēte oēs ꝑtes collectiue illius corporis ⁊ añs probat᷑. quodlibet
ens demōstratum est albū/ igit᷑/ añs patet quodlibet ens demonstratū sic se habet ꝙ ma-
ior pars que medietas illius scđm se ⁊ quodlibet sui est alba: ergo quodlibet ens demō
stratum est album/ antecedens patet intuenti.
¶Ad hanc replicam respondetur concedēdo sequelā ⁊ negando minorem ⁊ ad proba-
tionem concedo sequelā ⁊ nego minorē ⁊ dico ꝙ illud non incōuenit capiēdo illos terios
in plurali numero ⁊ hoc de necessitate est cōcedēdum scđm viā nominaliū ⁊ admissa ypo
thesi in prima replica facta ꝗ rationabiliter debet admitti.
¶Ex solutione argumēti sequit᷑ ꝙ ista propositio: scilicet qualitas vel qualitates cuiusli-
bet partis albe huiꝰ scuti est vel sunt: non est impossibilis demōstrādo per illud prono-
men vnū scutuꝫ pro vna medietate album ⁊ pro alia medietate nigrum ⁊ posito ꝙ ly cu-
iuslibet capiatur collectiue ꝙꝙ quidā in prima parte suirosarij in fine primi argumenti
de contradictorijs, in obliquis dicat oppositum. dicit eñ ꝙ nulle sunt oēs partes albe
collectiue: sed satis patet ex replica illud scutum esse omnes suas partes albas collecti-
ue ⁊ si nolit vocare partem albaꝫ nisi illam que sit scđm se ⁊ quodlibet sui alba adhuc me-
dietas alba illius scuti est omnes partes albe illius scuti capiendo taliter ly oēs per ꝯñs
subiectum illius propositionis supponit quod negat.

¶Secundo principaliter arguitur. isti termini sunt contrarij album ⁊ nigrum ⁊ possunt
verificari de eodeꝫ naturaliter/ igitur diffinitio mala/ minor probatur. volo ꝙ sit sortes
albus indutus pennis nigris/ tunc ista est vera sortes est albus ⁊ ista similiter sortes est
niger/ igitur possunt verificari de eodem naturaliter/ minor probatur. si sortes non esset
niger sequeretur ꝙ coruus non esset niger/ consequens est falsum/ igitur/ sequela proba
tur. coruus ideo dicitur niger: qꝛ habꝫ pennas nigras que non sunt de essentia corui: er-
go sortes in illo casu dicetur niger postꝙ habet pennas nigras.
¶Ad hoc argumentum responderet aliquis negando minorem ⁊ ad probationem nega
ret ꝙ illa sit vera sortes est niger ⁊ ad probationem negaret sequelam ⁊ ad probationeꝫ
negaret ꝙ illa sit totalis causa: quare coruus dicitur niger: sed cum illa causa est vna alia
scilicet: qꝛ penne hebent naturalem colligantiam cum pelle ipsius corui: non tamen ha-
bent cum pelle ipsius sortis.
¶Contra istā solutionē arguit᷑: volo ꝙ sit sortes albus scđm se et quodlibet sui ⁊ nascant᷑
ei pili nigri per totū corpus sequeretur tunc ꝙ sortes esset niger ⁊ est albꝰ/ igitur duo ter
mini cōtrarij verificātur de eodē quod erat probandū/ sequela ꝓbat᷑. sortes habet pilos
nigros sicut coruꝰ habet pēnas nigras ⁊ pili habēt naturalē colligātiā cū pelle sort᷑ sicut
penne habent cum pelle corui: ergo sicut coruus ē niger sortes erit niger ī illo casu ꝙ sor-

tes sit albus patet ⁊ suppono ꝙ in facie nullos habeat pilos nigros vel admimus in frōte ⁊ circa nasum tunc talis iudicabitur albus ab omnibus vt experientia docet: ⁊ nō esset nisi esset albus: ergo est albus.

¶ Propter hoc argumētum est dicendum ꝙ si coruus habeat pellem albam est albus quāuis habeat pennas nigras ⁊ si dicas ab omnibus iudicabitur coruus niger ad hoc dico ꝙ communis modus non intendit dicere aliud per illam coruus est niger nisi ꝙ coruus habet pennas nigras. Si vero velis concedere ꝙ coruus est niger quāuis habeat pellem albam / tunc vix valeres dare discrimen quare coruus est niger ⁊ nō fortes nisi recurreres ad modū cōcipiēdi in istis facile est dicere dum modo respondeatur consequenter.

¶ Tertio principaliter arguitur: isti termini sunt cōtrarij album nigrū ⁊ possunt verificari de eodem / igitur diffinitio mala: minor probatur / ista est vera demōstrādo papirū hoc potest esse album. similiter ista hoc potest esse nigrum / igitur possunt verificari de eodem. Dices sicut dicendum est ꝙ non inconuenit ꝙ duo termini contrarij verificentur de eodē in ordine ad copulā de possibili. modo diffinitio terminorum contrariorum intelligitur in ordine ad copulam de presenti in qua nulla ponitur ampliatio: q̄r vbi poneretur āpliatio non inconueniret. similiter nō incōuenit ꝙ possit verificari de eodem mediāte copula de futuro vel de p̄terito facile est hoc dare.

¶ Contra istam solutionem arguitur. possunt verificari in ordine ad copulam de presenti de eodem / igitur / antecedēs probatur: volo ꝙ vna papirus in prima medietate hore sit alba ⁊ in secunda medietate sit nigra tunc ista est vera demōstrādo illam papirū hoc in tota ista hora est album. similiter ista. hoc in tota ista hora est nigrum capiendo vtrobiq; ly tota cathegoreumatice ergo possunt verificari de eodem in ordine ad copulā de p̄senti ꝙ illa sit vera. hoc in tota ista hora est album probatur. ad hoc ꝙ aliquid conueniat alicui in tota hora cathegoreumatice sufficit ꝙ conueniat illi in aliqua parte illius hore: sed esse album conuenit illi papiro pro prima medietate hore: ergo conuenit illi pro tota hora ⁊ per cōsequens illa est vera. hoc in tota hora est albū proportionabiliter potest probari ꝙ illa est vera hoc in tota hora est nigrum.

¶ Ad argumentum responsum est vsq; ad hanc replicam ad quam respondeo distiguēdo ꝙ illi termini possint verificari de eodem in ordine ad copulam de presenti vel si copula vniat in ordine ad tempus ⁊ sic concedo: ⁊ illo modo probatum est vel si copula vniat ad idem instans ⁊ sic nego. potest etiam dici ꝙ nō verificantur pro eodem tēpore adequate.

¶ Contra istam solutionem arguitur. illi termini verificantur in aliquo casu de eodem mediante copula de presenti vniente in ordine ad idem instans: ergo solutio nulla / antecedens probatur. volo ꝙ illi termini sint scripti ex attramento nigro / tunc sic arguo. ille terminus album verificatur de saccaro albo mediante copula de presenti. vniente in ordine ad instans vt notum est ille terminus nigrum verificatur de eodem saccaro mediante eadem copula / igitur ꝙ ille terminus nigrum verificetur probo. ille terminus album verificatur de illo saccaro: ⁊ ille terminus album est nigrum: ergo nigrum verificatur de illo saccaro.

¶ Ad hanc replicam respondetur negando antecedens ⁊ ad probationē nego ꝙ ille terminus nigrum verificatur de illo albo saccaro ⁊ ad probationem nego illam consequētiam ⁊ si probes q̄r videtur silogismus expositorius. dico ꝙ non est bonus silogismus: nā committitur fallatia equiuocationis: nam ly nigrum in minori stat pro nigris ad extra ⁊ in conclusione stat pro ipsomet termino: nam subijcitur respectu p̄dicati secunde intētionis: ⁊ ideo supponit materialiter ⁊ stat pro seipso ⁊ in minori stat personaliter: multa alia argumenta possent fieri contra diffinitionem terminorum contrariorū: sed quia trāscenderent huius materie metas. Ideo alibi relinquūtur discutienda.

¶ Contra alias diffinitiones non arguam: q̄r in p̄dicabilibus late de eis videbitur.

¶ Sequitur de terminis contradictoriis.



Ermini contradictorij sunt termini quorum vnus est finitus ⁊ alter infinitus eius. vt sunt isti termini homo non homo. Unde terminus infinitus est aggregatum ex termino finito ⁊ negatione infinitante illum vt est iste terminus non homo: dicitur in diffinitione terminorum contradictoriorum ⁊ alter est infinitus eius

¶Ad excludendum istos terminos homo nõ asinus naȝ licet sint termini quorum vnus est finitus ⁊ alter infinitus:non tamen sunt termini quorum vnus est finitus ⁊ alter infinitus eius:nam ly non asinus non est infinitus illius termini homo.

¶Et pro maiori huius materie elucidatiõe est aduertẽdum ꝙ duplex est negatio.quedã est negatio negans ⁊ alia infinitans. Negatio negãs est negatio cuiꝰ vis nata est transire in oẽs terminos sequentes illam/exemplũ patet de hac homo non est animal:nam vis illius negationis non solũ transit in copulã:sed in p̃dicatum. Negatio infinitans est negatio cuiꝰ virtus non est nata transire in omnes terminos sequentes illam/exemplum patet de ly nõ in ista propositiõe sortes est non homo:nam virtus illius negationis solũ transit in illũ terminũ homo ⁊ nequit transire in alios.

¶Et si queras an verbum potest ĩfinitari. Ad hoc liquet reponsio ex capite de verbo in expositione p̃mi tractatus summularum magistri.p.hispani in quo diximꝰ v̾bum nõ posse infinitari secundum significationem secundum quam vnit:sed solum secundum quam significat aliquid vel aliqua. Et in eodem loco intulimꝰ/do lȝ sibi contradixisse quia dixit verbum posse infinitari sub rõne v̾bi:imo si eum in suis deceptionibꝰ ⁊ terminis respicias non vnam:sed plures inuenies contradictiones.dat enim quandam glosam cuidaȝ auctoritati philosophi in terminis ⁊ in suis deceptationibꝰ dixerat illam non esse conformeȝ dictis philosophi. Dicit insuper ꝙ ista est falsa chimera nõ est capiendo ly non infinitanter ⁊ ꝙ equiualet huic chimera est non ens ⁊ in ea de verbo suarum deceptionuȝ cõcesserat illam chimeram non est capiendo ly non infinitanter ⁊ dixerat ꝙ nõ equiualet illi chimera ẽ nõ ens. Ex istis sequunt̃ aliqua correlaria.

¶Primum ꝙ impossibile est duos terminos contradictorios verificari de eodem mediãte eadẽ copula siue naturaliter siue supernaturaliter. Sequit̃ secundo ꝙ omne disiunctũ ex duobus terminis contradictoriis est transcendens. Sequitur tertio ꝙ quãto terminꝰ finitus est magis communis tanto terminus infinitus eius est minus communis. Sequitur quarto ꝙ quanto terminus finitus est minus communis tanto terminus infinitus eius est magis communis. Et ex istis duobus sequitur primo ꝙ si terminus finitus fuerit pro quolibet supponens terminus infinitus eius pro nullo supponet. Sequitur secundo ꝙ si terminus finitus pro nullo supponat terminus infinitus eius pro quolibet supponet/intellige ista correlaria si ponantur in propositione.

¶Contra diffinitionem termini infiniti arguitur sic.nullus est dabilis terminus infinitꝰ ergo diffinitio presupponit falsuȝ/antecedens probatur.nullum aduerbiuȝ potest determinare nomen:ergo nullus est dabilis/antecedens patet omne aduerbium semper est determinatio verbi secundum grammaticos:ergo non potest determinare nomen.

¶Ad hoc argumentum respondetur negando añs ⁊ ad probationem negatur añs ⁊ ad probationem dico ꝙ illud dictum grammaticorum nõ habet verum vniuersaliter:sed solum pro maiori parte ⁊ hoc sufficit.

¶Contra istam solutionem arguit̃.nullus est dabilis terminus mẽtalis cathegoreumaticus quem negatio possit determinare/igitur nullus est dabilis terminꝰ infinitus/antecedens probatur.si esset dabilis aliquis sequeretur ꝙ aggregatum ex tali termino ⁊ negatione esset terminus mentalis/consequens est falsum/igitur/minor probatur. si esset terminus mẽtalis esset noticia vel actus intelligendi:sed hoc non igitur.

¶Si dicas ꝙ nec est notitia nec actus intelligendi:sed est terminꝰ mixtus:scilicet notitia ⁊ actus intelligendi.

¶Contra hoc arguitur:si est notitia ⁊ actus intelligendi postq̃ est terminus mentalis significabit de significatione totali aliquid vel aliqua vel aliqualiter naturaliter proprie:sed hoc non igitur/minor probatur si significaret maxime significaret aliq̃d vel aliqua naturaliter p̱prie:sed hoc nõ igit̃ minor p̱bat̃ si significaret naturalit̃ p̱prie:aliq̃d vel aliqua esseȝ naturalis similitudo illius vel illorum:sed hoc non igitur/sequela probatur.quia alias aliquis terminꝰ mentalis significaret aliqua de significatiõe totali quoruȝ non est naturalis similitudo. Iam probatur minor negatio non est naturalis similitudo illoruȝ neq̃ terminꝰ finitus:ergo nec totum aggregatum est naturalis similitudo illorum.

¶Ad hoc argumentum responsum est vsq̃ ad hanc vltimam replicam ad quam nego minorem ⁊ ad probationem nego minorem ⁊ ad probationem nego sequelam ⁊ cõcedo

ꝙ aliquis terminus mentalꝭ significat aliqua naturaliť ꝓprie quoꝝ nõ est naturalis siſ̃itudo vt si petas vnde ꝓuenit ꝙ talis t̃minus mẽtalis significat illa naturaliť ꝓprie postꝗ̃ nulla pars significat illa naturaliť ꝓprie. Ad hoc dico ꝙ modꝰ significãdi in talibꝰ ꝓuẽit ex vnione negatiõis cũ termino finito ⁊ hoc ex naturis eorum. Et si arguas ille terĩnꝰ nõ est mẽtalꝭ vltimatꝰ nec nõ vltimatꝰ: ergo nõ est terminꝰ mentalis añs patʒ nõ ẽ naturalis similitudo vt cõcessum est: ergo nõ est terminꝰ mẽtalis vltimatꝰ vꝉ nõ vltimatꝰ / ꝯña tenet quia vt dictũ est superiꝰ ad hoc ꝙ aliquis terminꝰ sit vltimatus vel nõ vltimatꝰ opʒ sit naturalis similitudo alicuiꝰ vel aliquorũ. Ad hoc nego illam ꝯñam: scʒ non est terminꝰ mẽtalis vltimatꝰ nec nõ vltimatꝰ: ergo nõ est terminꝰ mẽtalis: nã vt dictũ est superiꝰ illa diuisio soluʒ dabať pro terminis incõplexis: qꝛ incõplexis nõ incõuenit ꝙ sit dabilis aliqͣs terminꝰ mẽtalis: qui nõ sit vltimatꝰ vꝉ nõ vltimatꝰ ⁊ multi fuerũt dati tales superius.

¶ Cõtra primũ correlariũ multifariaʒ arguitur primo sic. isti termini sunt contradictorij hõ nõ homo ⁊ possunt verificari de eodeʒ: igiť correlariũ falsuʒ: mioꝛ probať ista ẽ vera soꝛs est hõ ⁊ nõ hõ: ergo verificať de eodeʒ añs probať: soꝛs est hõ / ⁊ ista aĩa / ⁊ ista aĩa est nõ hõ: ergo soꝛs ẽ homo ⁊ nõ homo / ꝯña est silogismꝰ expositoriꝰ ⁊ totũ añs est verũ vt patet intuẽti / igiť. Dices forte sicut dicẽdũ est negãdo minorẽ ⁊ ad probationẽ distiguo añs scʒ ꝙ illa sit vera soꝛ est homo ⁊ nõ hõ vel ly ⁊ capiť diuisiue ⁊ sic negabis nec in illo sensu probať. si vero capiať ly ⁊ cõplexiue cõcedo illã ex hoc nõ sequiť ꝙ duo termini cõtradictorij verificentur de eodẽ: nam illi illic neqꝫ sunt predicata neqꝫ predicatum: sed aggregatũ ex illis duobꝰ terminis cõtradictorijs ⁊ ex ly ⁊ est predicatum.

¶ Contra istã solutionẽ arguitur: illi termini verificãtur de eodẽ: ergo solutio nulla / añs probať ista est vera brunellꝰ est nõ homo ⁊ illi duo termini verificãtur de brunello / igitur ỽificãtur de eodẽ / mioꝛ ꝓbatur. ille terminus nõ homo verificatur de brunello ⁊ ille terminus nõ hõ est illi duo termini: scʒ homo ⁊ nõ hõ ergo illi termini verificãtur de brunello / ꝯña est silogismus expositoriꝰ in tertia figura ⁊ mioꝛ ꝓbatur. ille terminus nõ homo est ipsemet ⁊ quelʒ sua pars ⁊ vna pars est ly homo ergo ille terminꝰ est illi duo termini scilicet homo ⁊ non homo.

¶ Ad hanc replicam respondetur negãdo antecedens ⁊ ad probationẽ negatur minoꝛ ⁊ ad probationem negatur cõsequẽtia ⁊ nego ꝙ sit silogismus expositoriꝰ in tertia figura. ratio est: qꝛ non cõcluditur maioꝛ extremitas de minori extremitate: sed oportet sic cõcludere: ergo illi duo termini sunt aliquid qđ verificať de brunello quod concedimus.

¶ Contra istam solutionem arguitur: illi duo termini homo ⁊ nõ homo nõ se habent tanꝗ̃ determinabile ⁊ determiatio nec cõiungũtur per aliqđ ꝯiungibile: ergo nõ cõstituũt vnum terminũ ⁊ per cõsequens nõ sunt aliquid quod verificatur / cõsequẽtia tenet: quia oẽs termini qui ponũtur a parte eiusdem extremi se habent tanꝗ̃ determinatio ⁊ determinabile vel coniungũtur per aliquod coniungibile

¶ Ad hoc argumẽtũ respõsuʒ est vsqꝫ ad hanc vltimã replicã ad quã nego ꝯñam ⁊ ad ꝓbationẽ dico ꝙ illa ꝓpositio ĩtelligiť nisi vnꝰ illorũ sit ps alterꝰ. modo certũ est ꝙ ly hõ est ps illius termini nõ homo: ⁊ ideo nõ icõuenit ꝙ non sit determinatio illius aut determinabile nec ꝙ non coniungantur per aliquod cõiungibile.

